

**D. BERENGARIJ  
FERNANDI ... IN  
LEGEM, PACTA  
CONUENTA,  
DIGESTIS DE...**

---

Berenger Fernand, Konrad  
Rittershausen




27. 4. 1661

~~27  
C  
12~~  
35

13-9. 2. 1661

**Ex Bibliotheca  
majori Coll. Rom.  
Societ. Jesu**

13-8-A-56



13-8-A-5a

Bereng in L. part. comment.

G

I

MA

11 307 - 11 - 11 - 11

13-8-A-56- II



D. BERENGARII III  
FERNANDI IVRIS VTRI

VSQVE DOCTORIS IN LEGEM,  
pacta conuenta, Digestis de contrahenda  
emptione commentarij ab autore in ve-  
tustissima Oscensi Hispaniz Acade-  
mia proficiente editi, & nunc  
denuò in lucem

*Al. R.* *emissi.* *San. J. J. J.* *Co. J. J.*

EX BIBLIOTHECA

*B* C. RITTERSHVSIIC.

CVM PRÆFATIONE AD CL. V. D.

*Hermannum Vulceium I C.*



FRANCOFORTI  
Apud EGENOLPHVM EMMELI


M. DC. XVII.





13.87 A.56

*[Faint, illegible handwritten text]*





MAGNIFICO  
ET CL. V. DOCTRINA,

VIRTUTE, DIGNITATE ET  
auctoritate præstantissimo D. HER-  
MANNO VULTEIO IC. celeberr.  
Acad. Marpurgensis Cancel-  
lario, & Antecessori,

S. P. D.

CONRADVS RITTERSHVSIVS.



*Emper mihi ab ineunte atate  
impensè placuit sententia illa  
Sophoclea, cui sapientia opi-  
nionem celebritatemq; ipsum*

*auctoris nomen conciliare potest:*

Decet virum grato meminisse pectore,  
Si quid beneficij nactus est à quo pram.  
Nam gratiam quisquis benefactori suo  
Probauerit, benè ad merendum hūc prouocat.  
At si cui benè merita ex animo effluunt,  
Indignus ille nomine est viri boni.

*Sic enim utcunque Graca exprimere li-  
buit Ex quo igitur munerib. tuis, dono mihi  
missis voluminibus Responsorū vestrorum,*

);( 2 qua

P R Æ F A T I O.

*qua de iure hisce proximis annis edidistis, tam benignè liberaliterque me cumulasti, vir Magnifice & præstantissime, sæpenu-  
 mero equidem de referenda tibi gratia cogi-  
 tauit, ne indignū me redderem viri boni no-  
 mine (quo nihil potest grauius dici) sed ut o-  
 stenderem aliquando, quam pulchre colloca-  
 tum feneratumque esset tibi apud me bene-  
 ficium tuum. Et si enim, quæ est abundantia  
 humanitatis & bonitatis tuæ, iam pridem  
 tibi à me honore verborum satisfieri passus  
 es, nullam de me expectans remuneratio-  
 nem ulteriolem, id quod ex literis tuis mihi  
 licuit intelligere: Tamen quid me deceat,  
 considerandum mihi existimaui, ideoque  
 subinde hæc me cura stimulauit ac sollicitum  
 habuit, ut aliquod tibi pararem obseruantie  
 in te meæ pignus ac monumentum, quod et-  
 iam ad alios patesceret, cum literæ ferè non  
 nisi ab eo, ad quem datæ sunt, legi consueue-  
 rint. Cum autem ex meis scrinijs nihil hoc  
 quidem in tempore possem depromere, quod  
 clarissimo tuo nomini dicarem, te me ve di-  
 gnum, nec tamen diutius mihi tacendum  
 existimarem: imitari volui debitores pecu-  
 niæ tenuiores atque à nummis imparatiores.  
 Nam ut hi ne tricones aut moratores fru-  
 strato-*

*strato-*

P R A E F A T I O.

*stratoresve videantur, sed pro illis qui bonam fidem agnoscere studeant, habeantur, ab alijs mutuum interim sumunt, unde creditoribus suis solvant: Item ego, cum tantum otij ab alijs rebus non haberem, nec breui me habiturū viderem, ut meorum commentariorum quidpiam vel mediocri expolitum cura aut elaboratum industria proferre posses, cui tuum nomen praescriberem, accepi interim velut mutuum à duobus Clarissimis superiorum temporum Iurisconsultis, BERENGARIO FERNANDO, Tolosano, & HECTORE RICHERIO Foroliviense.*

*Horum lucubrationes cognati argumenti (quid enim tam propinquum est, quam patetis sunt stipulationes, quae sunt quaedam quasi pandectae, & cuiusvis generis negotijs se admiscunt, ea vereceptant?) ex bibliotheca mea in lucem reproducens, quod viderem à studiosis & hunc & illum auctorem desiderari, Tibi, Clariss. Vir, eos dedicare volui. Sic tria, quemadmodum spero, consequar simul: Tum ut partem debiti, quo sum tibi obstrictus, dissoluam atque expungam (& particularem enim solutionem, quamvis incommoda non parua habere dicatur, creditores*

P R A E F A T I O.

non acerbi facile accipere solent : tantum ab-  
 est ut tu recusaturus sis, qui vel ad totum de-  
 bitum remittendum paratus mihi visus es )  
 Tum ut commentarij illi accuratorum & a-  
 cutorum Iuris interpretum nostra opera de-  
 nuò prolati, Studiosis tantò sint commenda-  
 tiores gratioresque, cum videant, tanto vi-  
 ro non invito eius nomen præferre: Tum de-  
 nique, ut alijs quoque de meo in te affectu  
 constet. Neque hic erga te animus tuique no-  
 minis cultus nuper cæpit. Imo viginti sunt  
 anni ipsi, ex quo in mea peregrinatione lite-  
 raria Marpurgum quoque me pertraxit tuæ  
 celebritas fama, iam tum adulta ac perua-  
 gata passim, ut quemadmodum in Cla-  
 rissimi Viri D. REGNERI SIXTI-  
 NI, aliorumq; Acad. vestra, quæ tunc erant,  
 luminum conspectum venire possem, ita &  
 tuo fruere colloquio, & notitiam tecum co-  
 ram contraherem. Sed quantum ad te, mihi  
 tunc tam beato esse non licuit, ut possem vi-  
 uas audire & reddere voces etsi à cæteris,  
 quotquot adibam, perbenigne excipiebar,  
 quod nullum mihi quidem dubium est, quin  
 apud te quoque contigisset, nisi tunc tempo-  
 ris domo absuisses legatione fungens apud  
 Illustriss. Holsatiæ Ducem, Sis referebat mi-  
 hi ha-

P R Æ F A T I O .

*hi hospes meus ops. mer. cuius memoria sit in  
 benedictione, IOANNES FERINA-  
 RIVS, qui cum esset multus in tuis laudi-  
 bus meritiss. predicandis apud me super  
 mensa & aliis in sermonibus, maiore etiam  
 desiderio tui me flagrantem dimisit quam  
 acceperat: adeoque me infelicem tunc iudica-  
 bam, cui ante Marpurgo discedendum esset,  
 quam tu domū reuertereris. Postea cum mi-  
 hi datum nō ess. t. ad vos reuisere, aut VVL-  
 T E I I Clariss. vultum aspicere, quod proxi-  
 mum erat, effigiem animi tui in scriptis per-  
 lustravi, eoque ipso me consolatus sum hacten-  
 us. Accesserunt etiam quasi quedam si-  
 mulacra viui sermonis, aliquot luculen-  
 ta epistola tua, & quidem, ut exordiens  
 dicebam, saepe muneribus pretiosis comitata:  
 Pro quibus ita, ut vides, pro re nata gratus  
 esse studui, dum passim aliquando pleniore  
 mensura teremunerari. Interim ista à Rit-  
 tershusio tuo boni consules. Vale & salue.  
 Altorfij Kalend. Ianuarij, Annum à N.C.  
 CIO IO CIX. auspiciantibus.*



# BERENGARIVS

FERNANDVS IVRIS VTRIVS-

que Doctor Tolosanvs vniuerso Professorum Colle-  
gio, omnibusque iuris candidatis in Oscensi

Academia agentibus

S. D.



VVM iam hinc à multis annis, non sine præmaturo amico-  
rum consilio vitam fortunas-  
que meas Tolosæ instituissem  
viri Optimi, atque vt fere fit  
post emensa iurisprudentiæ studia, albo pa-  
tronorum amplissimi Senatus huius vrbs in-  
scriptus fuisset, ipse inopinato quodam casu  
inde à vobis abreptus sum. Quæ res quam mi-  
hi dura, difficilis, & penè intolerabilis ali-  
quando fuerit, ipse sum mihi testis. Testis est  
patria mihi charissima, si loqueretur, testes  
quoque liberi mecum, parentes, & amici,  
quos non absque magno animi mœrore hic  
relinquere cogebamur. Verum enimvero nō  
magis ego inuitatus, aut etiam si vultis, inescu-  
tus tam honesto sufficientique quingento-  
rum ducatorum honorario (etsi tum satis in-  
telligerem quam esset ingens telum necessi-  
tas) quam humanitate & beneuolentia erga  
me vestra, ad vos tandem hinc commigraui,  
partim

partim vt ex compluribus rerum vestrarum argumentis & exemplis experimentum colligerem, partim vt vestra omnium fretus prudentia ac solertia, qua (sine omni affectati-uncula loquor) in rebus gerendis plurimum valeatis, ipse quoque & præcursator, & solertior euaderem. Istic postea quam profitendi munere suscepto functus sum, sensi protinus, quanta fide & integritate meam expectationem iam tum de vobis excitatam superastis. Id ipsum testantur cumulatissima vestra in me beneficia, quæ nunquam sperare, nedum à vobis petere ausus fuisset. Testantur & exteri complures, qui dum magna visendæ Aragoniæ affecti cupiditate Hispianiam peragrarunt, & liberalitatis vestræ erga me, argumenta cognouere, & cognita prædicare non destiterunt. Istic, quæ iuris vtriusque prælectionibus, quanta potuimus fide, interpretati sumus, atque etiam interdum dictauimus, quam diligentissime excepistis. neque vllò vnquam audiendi tedio affecti, non modo non oscitanter audiuitis docentem, sed & mentem præcurristis, & (nullo tamen merito meo) aduentantem amplexi estis, & amastis plurimum. Neque hic animorum vestrorum candor effecit vt quadriennium hilariter apud vos egerimus, quo tempore omnem fere materiam iuris Cæsarei, simul & visitatores iuris pontificij decretales epistolas tribus (& his quidem quotidianis) prælectionibus,



*Prefatio*

bus, enarrauimus. Ex quibus, annotationes aliquot vestras iudicio vestro in commune profuturas dignas exstimastis, quæ scriptis mandarentur. Quamobrem cogitans qua in re potissimum vobis morem gererē, nihil mihi potius visum est, vestroq; nomine dignius illic (quāquā exiguis) lucubrationibus, quas in illud iuris caput celeberrimū pacta conuēta sub titulo de contr. empt. collocatum, ex multis iurisenarratorib. annotauī. Has itaque læta fronte (vt soletis dicere) accipite, vestri nominis auspicio in lucem prodeūtes. Quod vt facerem, non tam mihi persuasit singularis quidam, ac perpetuus animi in me vestri fuor, quam vno omnium ore prædicata fidei vestra integritas cum pari humanitate coniuncta. Et enim quis vnquam vllō in genere officij, vestram fidem desiderare vultus est? Quis pacta à vobis vlla in re labefacta conquestus est? Quæ cum ita sint, ego certe me in viros omni liberali doctrina politissimos studiosissimosque nostros, ingratum & negligentem iudicarem, nisi quod huic vestræ spectatæ fidei conuenit, commentatū in lucem edidissem, editurus & reliquos fœtus nostros apud vos crebris vigiliis conceptos, sed oportune. Nam opus est eiusmodi, quod non modo in nonum, sed decimum, duodecimumve annum premi, quod; multa dies, multaque litura coercere, & castigari redere

dere debeat. Verum, neque mihi illa temporis diturnitas erit satis, nisi & eruditorum censura etiam hoc nostrum opusculum probatum iri intellexero. Nam si tam castigato fuisset, traditur olim iudicio Aristarchus grammaticus ut Homeri versus non putaretur, quem ille non probaret, non temere credo fecisse iudicabor, si neque hoc nostrum opusculum dignum existimauero, quod in omnium manus perueniat, nisi & ipsi quoque probaueritis. in quo si quid à me peccatum erit, eo citius mihi ignoscendum probabitis, tum quod magis vestra causa facio, quam lubenter facio: tum quod sic à me hoc aliquando contendebatis, ut nihil unquam magis. Quare à vobis peto, ne ambitiose in eo requiratis ornamenta, ut quæ si abundarent recidere deberetis, rei dumtaxat studentes. non enim iisdem verborum legibus quibus oratores, adstingimur. Illi namque sermonis elegantia & numero um concinnitate demulcent auditorem: Nos vero sententiarum pondere, & rerum veritate prodesse studemus. At quorsum dicet aliquis tam ingens neque tolleranda commentariorum sylva, quibus ut hendis vix cisalpini carri omnes sufficiant? quorsum supra mille de patris editi commentarij? obuiunt, non instruunt tenera discipulorum ingenia. Noui optime. verum his, qui ita male sentiunt, non scribimus; sed hos quidem negli-

*Prefatio*

negligere, eos vero quos vim, sensum & rationem legum, ut intelligant, iuuare iustum est, adiuuare conamur, præsertim cum & artes omnes, resque alias videamus incrementa paulatim accepisse: non per eos qui docentibus magistris addicti, statim his quæ ab aliis scripta vel tradita fuerè, acquiescunt, sed per illos, qui confusa recto ordine collocare, & minus scite scripta, non suæ laudis (ut est multorum opinio) sed posteritatis commodi rationem ducentes, mutare audent. Quæ cum ita sint, accipite viri optimi, & probate, quas tam sancte, tamque religiose seruaistis, pactio- nes, quod si facietis, & industriam in reliquis primum repurgandis, ac tum demum in lucem emittendis lucubrationibus augebitis: meque ipsum præterea summo officio & opera vobis in perpetuum deuincietis.

Valete Tolosæ.

ANTO.



ANTONIVS A PODIO  
BOBANO PETRO à CVR-  
te Cœnobiarchæ Le-  
strienſi,

S. D.

*Vm attente & ſæpius annota-  
tiones aliquot legiſſem, quas Fer-  
nandus Podirupen. noſter in ca-  
put l. pacta conuenta. ſuis audi-  
bus in Hiſpania quotidie dictabat, vigi-  
ſſime Antiſtes, mox iudicavi maxi-  
mum fructum iuris ſtudioſos ex illis capere  
ſi hæc in manus hominum peruenirent.  
qua via id efficerem, iam tum meditari  
ſolito. Sed mihi hominem pluribus hor-  
ti, vt id beneficij patriæ in primis ac opti-  
mibusq; tribueret, prope ſubnegat. Iuſto  
enim cunctatori illi, cunctationes iſtius  
cauſæ ſit cogito, reſpondet cauſam eſſe  
frustra, hoc præſertim tempore, conetur  
conſultorum reſponſa ſuis conuinculis  
expli-*

## Prefatio

explicare, illis maxime hominibus, quorum in ore nihil est aut suavius, aut etiam frequentius (ut illi ipsi de se prædicant) purissimis Iureconsultorum responsis, omni Interpretum quamlibet eruditorum manu neglecta, queruntur etenim quidam vix dum bene initiati, impuram orationem pro pura, obscuras nugas pro clarissimis responsis, technas pro equitate sibi dari: in summa, veterem exaruisse iurisprudentiam, iamq; ex ista opinionum odyssea omnia obscurari. Sed cum Fernando ostendissem, illos fanaticos homines non videre artem ullam (si Ciceroni fides habenda est) sine interprete percipi posse, tandem persuasi ut & ipse eas recognosceret, & recognitas in lucem emitteret. Has tibi mitto Oscæ scriptas, quam plenissime res illa scribi poterat. Cæterum si fortasse (quod minime spero) tot tantiq; ab aliis de partionibus conscripti libri tibi sordeant, cogitabis alios aliis inscribendo plus posse ingenio, lectione, doctrina, & methodo. Hæc tibi scribenda putavi, ut & felicitati ingeniorum nostratum congratuleris, simul & ut intelligas quam bene meritis de Iurisprudentia Fernandus ad Rempub. aspirantibus semper (Deo Opt. Max. iuuante) prodesse studeat.

Totus

Totus etenim profecto in eam curam & cogitationem incumbit assidue, quae sibi & patriae gloriam iurisq; candidissimis utilitatem afferunt. omnino me plura scribere non ita necesse arbitror, si modo tibi persuaseris me non obliuisci, maxima at plurima tibi debere, proq; istis beneficiis, obseruantia, studio, & assiduitate, memorem me tibi probaturum. Tu namq; ut caepisti, me diligas etiam atq; etiam oro, proprieque tuum esse tibi persuadeas. Vale,

Tolosa Gal. M. M. D. XLVI.

AMI-

---

AMICI CVIVSDAM AD  
Fernandum.

*Donarunt alijs medicandi corporis artem  
Minima, dant alijs sydera nosse viris.  
Ast Fernande tibi concedunt iura docere  
Iura, quibus falere, queritur omnis honos.  
His maiora tamen sunt qua seruanda relinquis  
Pacta, quibus mansit semper in orbe fides.*

AD FERNANDVM PRÆ-  
ceptorem.

*Præcipites pennas extendens fama per orbem  
Laudat & ingenium tollit ad astra tuum.  
Laudat & ingenij tanti miratur acumen  
Temporibus nostris grande patrocinium.  
O fortunata & felicia tempore multum  
Aurea cum tanto secula nostra viro.  
Roma fuit quondam felix & gloria mundi  
Sed magis Hispani, si tua fata sinunt.  
O felix Osca, & felices tempore longo  
Oscenses, tantum qui tenuere virum.  
Quare age nestoreos, parcant tibi fata per annos  
Ut viuas nostris gloria temporibus.  
Vale.*

D. BE-



D. BERENGARII  
 Fernandi J. U. D. in L. pacta  
 conuuenta. ff. de contrahen-  
 da emptione, com-  
 mentarij.

**S**OLENT qui hac tempe-  
 state animum ad scriben-  
 dum adiungunt, rē quam-  
 libet etiam mediocrem,  
 operis initio diligenter commendare,  
 tum vt lectorem sibi concilient, tum  
 vt ad legendum inuitent. Nos verò  
 hac inani consuetudine nihil opus esse  
 rati ( quia beneuolis scribimus ) statim  
 materiam legis non minus necessariz,  
 & utilis, quam obscuræ aggredimur: Si  
 modo id vnum monuerimus, quæ ad  
 fundamenta cōtractuum fideliter po-  
 nenda pertinent, omnia hic aperiri,  
 probeque declarari gyros omnes, &  
 meandros pactorum nudorum, & ve-  
 stito-

A

stito-



stitorum. Quemadmodum igitur anno superiore per latos illos frugiferosque substitutionum campos expatiati sumus, ita hoc anno (Deo duce) inextricabiles quasque quæstiones propofitæ materiæ hoc ordine explicabimus. Primum enim quinque præfabimur, sine quibus hæc res commode intelligi non poterit. Deinde Iuriconsulti mentem ex interpretatione literæ L. huius *pacta conuenta*, eliciemus: non prætermiffis conclusionibus, quæ ex ea colligi possunt. Postremo, quæ in hoc iuris caput congeffit Accurs. haud infrugifera pleraque, eâ explantur methodo, vt inde complura legum capita facile intelligas.

## C A P V T I.

### SVMMA EORVM QVÆ AD PRIMAM præfationem pertinent.

- 1 *Termini complures, quibus actus inter homines celebrandos significamus. Budans Galliarum decus.*
- 2 *Contractus, & distractus differunt.*
- 3 *Pacti præcipua diuisio in nudum, & vestitum.*
- 4 *Nudum dicitur aliquid sex modis.*

5 *Pacti*

- 5 Pacti nudi sex aliorum finitiones.
- 6 Noua pacti definitio. Definitio omnis absoluitur genere & differentia.
- 7 Sex conventiones iure 12. tabulis posteriore introducta.
- 8 Nudi pacti quinque exempla.
- 9 Promissio quo casu est pollicitatio. Ex pacto nudo oritur obligatio naturalis, secund. commun. opin.
- 10 Stipulatio in quo à pacto nudo differt. Stipulatio vel acceptilatio inutilis an habeat vim pacti nudi.
11. Pacti vestiti definitio. Verba transposita idem significant. Verbum vestimenti, in pacto recte quadret. Contra verborum nimis anxiam curam Platonis locus. Magistralia verba, licet minus latina, non contemnenda.

**R**EMITTENDVM † in primis est, quosdam in iure terminos esse generales ad omnes actus pertinentes, qui inter homines fieri solent, nempe hos **Commercium**, **Dispositio**, **O. dinatio**. De commercio in l. ex iure. ff. de iust. & iure. l. si in emptione. §. omnium. supr. eo. in l. fin. infr. de actio. empt. Bude. Galliarum decus in l. i. versic. ex eadem. ff. de iust. & iure. De dispositione in §. disponat. de nupt. coll. 4. Accur. in l. in re mandata. Cod. manda. & ibi: dispone domui tuae, quia morieris. De ordinatione in l. sancimus. §. personis. C. de admistr. tutor. in l. 2. ff. de inoffic. testamen. est gloss in

*extrauagant. communi de offic. deleg. in verbo, ordinationum*, Alij sunt termini paulo inferiores. quibus dispositiones inter viuos significamus, siue sint obligatiuæ, siue sint liberatiuæ, quales sunt conuentio, pactum, promissio, placitum, concordia, creditum, non tamen conueniunt vltimis voluntatibus. De conuentione in *l. 1. §. conuentionis. §. si. & l. conuentionum. supr. de pact.* De pacto per totum tractatum. *ff. de pact. & C. eo. in l. nostra, & sexcentis alijs.* De promissione in *l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. supr. de pact. §. si scriptum. Inst. de verbo. oblig.* De placito in *l. pacto. in l. petens. Cod. de pact. in l. cum proponas. C. de del. in l. si tibi. C. loca.* De concordia in *c. penult. ibi, nec concordare nequeant, de electio. in 6. & concorditer aliquid fit, quando nemine discrepante fit. gloss. in c. vbi periculum. §. idem cardinales. de elect. in 6. & apud Gallos frequentissimum verbum est accorder.* De credito in *l. 1. in l. 2. §. creditum. ff. si certum pet. in rubric. C. de rebus cred.* Tertio loco sunt termini commemoratis omnibus inferiores, nempe contractus, distractus, de quibus in *§. item is cui. Instit. de oblig. que ex quasi contract.* † Contractus ad obligandum tendunt, distractus ad deliberandum. *l. 1. §. conuentionis. ibi, contrahendi transigendique, l. ex maleficijs. §. is quoque. in si. ff. de actio. & obligat.* Vltimo sunt nomina specifica contractuum, emptio, locatio, stipulatio, constitutum, & permultæ id genus conuentiones obligatorix. Item nomina distractuum: transactio,

actio, acceptilatio, solutio, diuisio, renunciatio, nouatio & reliquæ ad dissoluendum aptæ. Non vtor in re non dubia testibus non necessarijs. In præsentia duntaxat egemus his nominibus pactum, conuentio, quæ idem significare puto, præsertim quando conuentionis verbum ciuilitè accipimus. d. §. conuentionis. frequentius tamen erit nomen facti, quod definitur in l. 1. ff. de pact. vbi videto Dd. Deinde pactum reperitur duplex: nota. in l. stichum. §. naturalis. ff. de solutio. vnum obligatorium, alterum liberatorium. Sed hanc diuisionem nihil ad propositum attinentem prætermitemus. † Pre- 3  
cipua pactorum diuisio hæc est: pactorum aliud nudum est, aliud vestitum. Animaduertendum tamen, ne verborum ambiguitate (qua plerosque falli video) decipiaris. Nam aliqui d varijs modis dici nudum in confesso est. † Pri- 4  
mo à caussa translatiua dominij. l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. domin. Secundo dicitur nudum à traditione. l. traditionibus. ibi, non nudis pactis, C. de pact. l. nihil ibi, nudi consensus, ff. de reg. iur. Tertio à stipulatione, à scriptura Bald. in l. 1. C. de suffrag. Quarto à fideiussione, à pignore. l. sancimus. C. de verb. signif. Quinto nudum est ab vtilitate. C. de nudo iure Quirit. & in ea significatione vocamus proprietatem nudam, cui deest vsusfructus. Et alibi nudum nomen hæredis nomen habet, à quo varia iura demuntur. Sed hic nudum dicitur alio respectu prorsus à superioribus diuerso, nempe à forma solemnitateque legis, vt

gis, vt statim liquebit in definitione. Pactum nudum vario modo describitur; vario quidē in verbis, sed in effectu omnes definitiones eodem tendunt, desumptæque videntur *ex l. si tibi. C. loca.* † Primo definitur vt sit pactū, quod nullo iuris adminiculo iuuatur. Secundo vt sit quod stat in puris & simplicibus finibus conuentionis. has duas ponit Bart. *in l. iuris gent. §. igitur nuda. ff. de pact.* Tertio secundum Ang. ibi est, q̄ caret omni iuris adminiculo, & omni vestimento. Quarto secundum Ang. Aret. *in §. præterea. Inst. de except.* est quod solo consensu nititur, & nullo alio iuris adminiculo fulcitur. Quinto est conuentio stans in finibus placiti. Salic. *in l. legem. C. de pact.* Sexto est inter duos pluresve habitum & in meris terminis naturalibus relictum, Franc. de Rip. *ad rubr. de verb. oblig. n. 19.* † Septimo clarius & noue à nobis dici potest conuentio quæ nullo iure formæ specificam habet. Conuētio vice generis ponitur: aut si mauius genus est; reliqua vicē differentię obtinent. Definitionem si quidē in genere & differentia absolui omnes præcipiunt, potissimum vero Arist. Bart. *in l. i. ff. de acq. possess. Ph. l. Dec. in rubr. extra, de probat. n. 5.* Curt. Iun. *in l. imperium. n. 6. ff. de iuridict. omn. iud.* licet ergo omne pactum nudum sit conuētio, non tamen è diuerso omnis conuētio est pactū nudum, vt liquet de stipulatione. Conuentio ergo est nomen generale etiam ad pactum vestitū pertinens, quia est mater omniū pactorum. In specie con-

cie consideratorum, teste Bart. in d. §. igitur. Deinde dicitur *qua nullo iure*, nullo inquam neq; gentiū, neq; civili, neq; prætorio: omnes enim conuentiones vestitæ habuerunt quandā formam à iure gētium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. nisi sex: † quales sunt stipulatio, cōtractus emphyteusis, sponsalicia largitas, literarū obligatio, cōtractus feudalis, & constitutū: quæ post legē 12. tabular. originem & formā habuerunt. glo. Bart. & alij in l. legitima. ff. de pact. glo. & Dd. in §. ius autem. Inst. de iure natur. gent. & civili. Et hæc forma, hæc solennitas data illis conuentionibus vocatur adminiculū, auxiliam, fomentum, vestimentū. quæ sane nudo pacto cōcessa non sunt. Et quemadmodum homo nudus dicitur, cuius corpus nihilomāgis tegitur quā dum nasceretur, ita & pactū nullo adminiculo fultū à Icto virisq; alijs non mediocriter eruditus nudum vocitatur. Bart. in d. §. igitur nuda. proinde Imper. inquit in d. l. si tibi. C. loca. nudū pactum in fine placiti stetit. Exemplis etiam pactū nudum declarari solet † quorum primū sit, siquidem contrahentes voluerunt nudum pactum esse. Et licet Pet. & Cy. istud exemplū improbent, tamen Iac. Butr. & Bart. post glo. in d. §. igitur nuda. illud defendunt, asseuerantes, contrahentes efficere posse inter se ne conuētio vim vllā habeat, præter vim pacti nudi, q̄ proculdubio verissimum est, l. cum manu sata. §. 1. inf. eo. l. 1. §. si conueniat. sup. depos. At vero opus est alio exēplo, in quo actus suapte natura pa-

Etum nudum offē datur. Alterum exemplum fuerit, quādo fit sola promissio absq; interrogatione vt in *l. pact. ff. de pollicita.* & licet glo. *in d.* §. *igitur* non istud approbet, Bart. tamen ait, si interueniat consensus illius, cui fit promissio, exemplum valere. Qua in re oritur difficultas, an tacens pro consentiente habeatur? vt pactū nudum dicatur, an non censeatur consensisse, vt remaneat sola pollicitatio, quę definitur solius offerentis promissio, *d. l. pactum.* de quo Ias. complura in *rubr. de verbo. oblig. nu. 4. cum. seq.* Et  
 9 Fran. Rip. *ibi. n. 21.* † Tu breui resolues: vt quādo fiet absenti, quando fiet Reipubl. quando itē priuato præsenti, qui dicit se nec acceptare, nec repudiare pollicitatio sit, quia non adest consensus nisi offerentis. Quādo vero fiet priuatio præsenti, & tacēti adest illius tacitus cōsensus, qui enim tacet videtur consentire. *l. qui patitur. ff. mandat. l. 2. §. fin. ff. sol. matr.* Dec. in *regula qui tacer. ff. de reg. iur.* idcirco erit pactum & non pollicitatio. Refert tamen plurimū an sit pactū an pollicitatio propter effectū naturalis obligationis, quę ex pollicitatione ante vestimentū oriri non potest, licet ex pacto etiā nudo sic, secundum cōmunem. Tertiū exemplū pacti nudi, quādo fit stipulatio, aut acceptilatio inutilis: q̄ verum est nisi forte inutilis esset, propter defectū formę. *l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & l. an inutilis. ff. de acceptila.* tunc enim nō adest sufficiens paciscentium consensus, quia velle videntur quod non possunt vt *ex d. l. an inutilis.*

inutilis. colligi potest, iuncta l. non dubium. Cod. de legib. l. si non sortem. ff. de condict. indeb. Quartum exemplum dici potest secundum Alex. in d. §. igitur. quando in instrumento reperiretur verbum conuenit aut verbum placuit. Intelligeretur enim de pacto nudo per l. lecta, & gloss. ibi. ff. si cert. pet. a. vbi la. num. 5. Quintum exemplum & vltimius est, quando quis sine interrogatione spondet, isque, cui promittitur, acceptat. Istud ponit Bart. in d. §. igitur. per l. i. C. de usur. quæ videtur stipulationi formam dare. vt scilicet in ea præcedat interrogatio. nota in §. i. Inst. de verb. obl. in l. i. ff. eo tit. & ideo si interrogatio præcederet, non pactum nudum, sed stipulatio conficeretur, quæ pactum vestitum recte vocatur vt Alex. tradit in cons. XI. secundi volu. sub n. 5. Contra hoc exemplum vulgo receptum, quis moueri posset. Primum quia nulla est diuersitatis ratio, cur potius sit stipulatio & vestitum pactum, quando præcedit interrogatio, quam vbi sequitur. Deinde quia nomina & verba transposita idem significant. l. quidam testamento. ff. de peculio lega. l. nec enim ff. de solutio. † Respon- 10  
debitur tamen primæ obiectioni, esse rationem in promptu ab omnibus receptam. quod quando præcedit interrogatio, qui promittit scire debet, creditorem interrogantem acceptaturum. Sed quando debitor primo loquitur, dubium illi esse potest, an acceptet is, cui promittitur, & ideo non est consensus promittentis, & animus satis deliberatus, vt obli-

A s getur



getur compellaturque tandem adimplere *l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligat. l. non omnis. ff. si cert. petat.* Et si replicet quis, primo, quod si propter illam deliberationem efficacior esset stipulatio quam pactum nudum, inde fieret si hodie interrogaris cras vero respondeas valētiorem esse stipulationem, quia debitor posset maturius cum tempore deliberare: tamen iure ipso eius generis stipulatio non valet, *l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig.* Iterum obijcies, complures esse casus in quibus pactum nudum actionem producat, quod sane dici non posset, si promittens nō haberet animum deliberatum. Quibus omnibus respondere non est difficile. Primum enim argumentum dilues, si dixeris, propter tantum interuallum deesse consensum interrogantis, & ob id non valere stipulationem, quæ ex utriusque concurrente consensu procedere debet. *d. §. conventionis.* Ex quo fit, vt si deliberare vellet interrogatus, peteretq; diem ad respondēdum, & sic interrogantis animus suspenderetur in crastinum, deinceps ad id præscripto die responderetur, esset utiq; valida stipulatio. *Alex. conf. 107. nu. 5. volu. 1 post Ioan. ab Imol. cui se subscribit Franc. de Rip. in rubr. de verbo. oblig. licet Is. post Bald. in d. l. 1. §. 1. sub nu. 3. contrariam defendit & male mea quidem sententia.* Alteri rationi ita responde, licet sint complures casus quibus pactum nudum actionem pariat, subest tamen specialis ratio, quæ eadem facit consen-

consen-

consensum deliberatum esse, ut in unoquoque dicemus infra. Restat adhuc ut diluatur secundum fundamentum, quo dixeramus nomina & verba, &c. Dico id verum, nisi ordo esset ad formam adhibitus. ut in casu nostro. Deficiente enim forma, corrumpitur actus. *l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhiben. l. cum hi. §. si prator. D. de transact.* Hactenus de definitione, & exemplis pacti nudi. † Pactum vestitum totidem modis finitur quot nudum; sed una definitione contentus, dicitur ex communi omnium sententia, vestitum pactum esse conventionem, cui concessa est à iure specifica forma, ut sunt omnes contractus nominati, sunt item pacta alioqui nuda, quæ recipiunt aliquot robur, ex quadam circumstantia illis adiecta. Aduertendum tamē, quibusdam vocabulum hoc vestitum, vestimentum pacti hoc significato peregrinum videri, ut quo Iureconsulti non fuerunt unquam vsi. Verum enimvero non nimis anxiam & scrupulosam verborum curam esse habendam cum Platone censeo. alioqui vix prudens ad senectutē perueniris. Ex his enim vim, ac potestatem legum pēdere minime putandum est. Sunt enim quædam vocabula licet minus latina, quibus interpretes vtuntur docendi causa, quæ contemni minime debent. *cap. locutio. §. 8. distinct.* Et vocitamus magistralia verba vsu Iurisperitorum inuenta, & negotijs secundum vulgi & patriæ consuetudinem accommodata. In præsentiarum nulla vox huic

huic secundo membro congruentior inuenire potuit, quæ primo membro responderet, scilicet pacti nudi, quam vox vestitum: quoniam nudo nihil magis contrarium, quam vestitum: & cogitationem aliam à nuda vocet Duranus uestita si malit. Quemadmodum doctores appellant (nullo tamen iuriconsultorum responso nixi) primum decretum, eo quod lex loquatur de secundo Decreto in *l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto.*

## ALTERIVS PRÆFATIONIS Summa.

### S V M M A R I A.

1. Pactum nudum actionem non producit.
2. Intellectus verus, ad §. fideiussor. l. fideiussor. ff. de fideiuss.
3. Ridiculum est actionem personalem ex vna tantum obligatione nasci.
4. Omnis obligatio naturalis ex consensu oritur.
5. Manus regia olim, an competeret ex nudo pacto.
6. Communis opinio interdum est omit-tenda.
7. Pactum nudum, an iure canonico actionem pariat.
8. Ex nudo pacto ne vllum quidem remedium iure canonico dari.

- 9 *Deliberatus animus ad efficaciam obligationis necessarius.*
- 10 *Inter simplicem loquelam & iuramentum differentia.*
- 11 *Summum ius, summa est iniuria.*
- 12 *Confirmatio ex certa scientia dat robur actui.*
- 13 *Obligatio naturalis, an nascatur ex nuda promissione.*
- 14 *Vestimentorum pacti noua declaratio.*
- 15 *Legis auxilium, an recte vestimentum dicatur.*

**S**ecundo præcognoscendum, posse pacti nudi efficaciam considerari duobus modis. Primo, quando per se præcipue, & non cum alia conuentione factum est. Altero, quando fit simul cum alia quadam conuentione, atque de hoc dicere institimus. 2. capite ad literæ interpretationem. Quantum ad primum attinet. Accur. hic in octaua parte glo. (vt a iunt) magne scribit effectum pacti nudi, quicquid effectus ad faciliorem eorum quæ dicentur intellectum explicandus est. Quam rem vt intelligas, conclude hoc modo. † Pactum nudum non producit actionem. Ideo ex illo agi non potest, *l. si tibi. Cod. loca. l. iuris gentium. §. quinimo. supra, de pact. l. legem. C. de pact.* Quæ res omni prorsus difficultate careret, quoties eius generis pactum ad liberandum spectaret, tunc enim exceptionem parit. *l. si vnus. §. pactus ne peteret.*

peteret. *l. fin. ff. de pact.* Et hoc sentit Vlpian. *in d. l. §. igitur.* nuda his verbis usus, *sed parit exceptionem.* An vero producatur obligatio ad non petendum dicetur *infr.* hic enim agimus de pacto ad obligandum, facto huius conclusionis: generalis ratio est, quod non nascatur personalis actio, nisi ex duplici obligatione naturali scilicet & civili. Barto. *in l. Iulianus. num. 32. ff. de condict. indeb. Sc. zin. ad rubric. de verbor. obligat. sub num. 12.* Id ipsum confirmat meo iudicio. *l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss.* eo enim responso, ait Iureconsultus, quandam naturalem obligationem producere actionem, <sup>2</sup> quandam vero solam retentionem. † Intelligè à naturali obligatione produci actionem, quando cum illa coniuncta est civilis, quoties scilicet, nata est ex conventionione per legem approbata. Ab illa vero naturali obligatione solam retentionem nasci, quando videlicet sola est, quia orta ex conventionione cui lex non adsistit, quæ cum ita sint, notatu dignus videtur ille insignis §. *fideiussor.* hoc nouo & vero <sup>2</sup> sensu expositus. † Ego indignum Bart. semper existimari, quod ille annotauit *ad l. 1. num. 22. ff. de condict. indeb.* quem secutus est Aret. *in §. 1. de obligat. Institutionum libro tertio.* & complures alij. Interdum oriri actionem ex sola naturali, interdum ex sola civili, idque miraculo legislatoris, non alio modo, quam quo Deus Optimus Maxim. fecit hominem sine matre, &c. Cuius equidem similitudinis pars,

vt vera & sancta est, ita reliqua ( bona eorum  
venia dixerim ) à vero est aliena, neque enim  
miraculo opus est, nec à regula recedendum  
sine necessitate. l. non aliter. ff. de leg. 3. At vero  
nusquam reperies actionem personalem: cui  
mox non adsint ambæ illæ obligationes, na-  
turalis, & ciuilis: quoniam consensus semper  
adesse debet, vnde naturalis proficiscitur, &  
legis approbatio vnde ciuilis † & naturalis, v-  
nicum illud fundamentum habet, ex consensu  
vero, vel præsumpto, vnde fit, vt iterum per-  
peram Doctores dixerint, naturalis obliga-  
tionis tria esse principia. Neque magni erit  
negotij, respondere rationibus, quibus addu-  
cti in hanc hæresim descenderunt, adducen-  
tes actionem de peculio, actionem iudicati,  
literarum obligationem, & eam actionem,  
quæ ex quasi contractu nascitur. Existimo e-  
nim consensum & in eis semper adesse aut  
præcedentem aut præsentem, à quo vno lex  
fundamentum & robur obligationi tribuit,  
vt pluribus ostendi in materia causarum cri-  
minalium ad leg. libellorum. Digest. de accusatio.  
Quare in præsentiarum satis est. l. patre furio-  
so. Digest. de his qui sui vel alieni iuris sunt. his ver-  
bis. quasi voluntatis reliquiis, & Accurs. ad l. quo-  
ties. in fin. principij. Digest. de peculio. Cum er-  
go, vt redeamus vnde digressi sumus, pactum  
nudum non nisi naturalem producat, vt di-  
cetur sequenti conclusione, & nulla sit ciui-  
lis, quia lex nihil adiuvit pactum, ideo deest  
vnum

vnum actionis principium, quare merito nasci non potest actio. Reliquum est videre, num † verum sit quod in hanc præfatam conclusionem plerique interpretum tradiderunt, iure gentium videlicet competiisse manum regiam. pro eo quod pacto nudo promissum erat: quæ quæstio tametsi aut nullius aut exiguæ admodum frugis sit, à me tamen prætermitti non debuit, cum enim viderem hac in re nimis diligentes interpretes, quid ego ipse sentirem, tacere non potui, quod vt intelligas præcognosce. iure gentium iudicia fuisse non instituta, si Accursio creditur, in §. 1. *Instit. de obligat.* non actiones, non magistratus. Hæc autem omnia post illas leges 12. tabularum Romæ cœpisse, ante id tempus vero, manu regia & potestate, vt dicitur, immediata, regis ius reddi solitum Pompo. principio. *l. 2. ff. de origine iur.* quod & perpulcre suis scholiis in eam l. annotauit Zasius & Liuius *ab vrb. condit. lib. 1.* Itaque si quando venditor rem venditam tradere recusasset, manu regia ad id cogebatur, tum enim Rex solus adibatur (complures namque Reges erant, & rarus cuiusque populus, vt in Aphrica adhuc seruari audio, nec erant homines tam cōtentiosi) qui ministros ad id muneris habeat destinatos, quibuscum audita litigantium caussa, quid imperasset, mox regis iussu effectum reddebant. Quæstionis nunc est, si quis pacto nudo aliquid facere aut dare tibi promississet, an implorare illam manum

manum

manum regiam communis opinio est potuisse, ita inquit Anto. de Butrio. *in ca. qua in ecclesiarum. extra, de constitu. Sozi. in rubric. de verb. obli. nu. 6. Ias. in l. iurisdictionum §. sed cum nulla. nu. 15. Forr. Gart. Hispanus noster acutiss. in d. l. iurisdictionum. in principio. numer. 2. & sequent. Francisc. de Ripp. ad rubric. de verb. obli. nu. 30. Hippol. qui complures huius sententiae citat, quibus & ipse assentitur in sing. 148. Ad cuius communis opinionis confirmationem hæc adduci solent. Primum, quod illo iure nondum constituta fuisset differentia inter conventiones nudas, & vestitas: Atque ideo ex nudis, quemadmodum & ex vestitis nascens effectus debuit executioni demandari. Item quia pactum naturale continebat æquitatē. *l. i. ff. de pact. l. i. ff. de constit. pecunia. l. cum amplius. §. i. ff. de reg. iur.* Quæ naturalis æquitas sola in conventionem nominata considerabatur. Eodem igitur remedio propter nudam conventionem quo propter vestitam usum fuisse credendum est. His accedit quod pactum nudum producit naturalem obligationem. cum ad sit consensus. *l. stichum. §. naturalis. ff. de solution.* at in conventionem nominata nullum aliud vinculum quam naturalis obligationis inveniri poterat, quæ sola ratione naturali dictante observabitur, non dissimili ergo ratione nuda conventio executioni mandabatur.*

Postremo æquitate canonica hodie pactum

B

ctum



Etum nudum perinde seruari debere, ac vestitum præcipiunt. c. primum. & docto. in illud annotantes. Quare illo iure illisque temporibus non minori religione nuda pacta, quam vestita obseruari debuerunt, quod enim ius pontificium præcipit, ex æquitate naturali promanare Fort. compluribus argumentis vsus asseuerat. Contrariam tamen sententiam defendit Ioan. ab Imol. quem refert & sequitur Alex. in d. §. sed cum nulla. defendit quoque vir excellentis disciplinæ. Andr. Alcia. in l. bona fidei. ad verbum, *Petitionem, Cod. de pact.* Sed non adducunt isti fundamenta, quæ vrgeant, minusque recte satisfaciunt rationibus aliorum, vnde concludendum videretur cum prima opinione, quod absque ratione à communi discedere temerarium fit, veruntamen, quia magis veritatem sequi debemus quam interpretum auctoritatem. & verior videtur secunda opinio, neglecta communi, arbitror iure gentium manum regiam nullatenus concedi potuisse pro pacto nudo. Imo vero facturos reges illos summam iniuriam promittenti, si eum coegissent adimplere. Hanc opinionem confirmabunt hæ rationes. Prima quod actiones fuerunt hodie surrogatæ in locum antiquæ illius manus regiar. d. l. 2. ad principium. de orig. iur. & cum hodie actio nulla detur ex nudo pacto dicendum est, olim manum regiam minime datam

datam fuisse. Secunda si idem remedium competiisset tunc ex pacto nudo q̄ ex venditione aut alia conuentione vestita paremque habuisset virtutem, cur lex ciuilis venditionem & aliam quamlibet nominatam conuentionem postea approbans, eodem modo non approbauit pactum nudum det, qui tueretur communem, iustā differentię rationem, & causa eadem. Tertia si (vt Fortunio placuit) iure gentium pactum nudum eam vim habebat, vt ratione naturali defendi, obseruari debuerit dic quæso quo nam abiit naturalis illa ratio, quæ non etiam hodie principes nostros & legislatores ad cauendum vt quod nudo pacto inter homines erit promissum, exsoluatur: hæc n. in negotiis humanis s. mper dominari debet vt quæ nos à brutis secernat. quæq; nec loco, nec tempore circumscribatur, cum humano genere nata secundum Bald. *in l. nemo. C. de senten. & interloc. omnium iud.* Adde quod legum ciuiliū, quæ pactum nudum contempserunt fundamentum, atque etiam anima est ratio, à natura cuique concessa qua sublata auferatur lex necesse est. Quarta si æquitate & ratione naturali pactum nudum seruari debeat, quis illam tam sanctam constitutionem potuisset inuertere? certe non lex ciuilis. *l. eas obligationes. ff. de capi. §. si. Institut. de leg. agna. rure. §. sed naturalia. Instit. de iure natur. gent. & ciuil.* Accedat huc quod lex ciuilis nunquam

debilitauit, nec diminuit, quæ iure gentium fuerunt sancita, sed tentauit ea variis modis adaugere, & confirmare, prout reipub. expediebat, quod hodie in foris, statutis & constitutionib. regis perbelle seruatur. Vltimo cogita pactum nudum esse quandam conventionem minime præmeditatam & non deliberatam minimeque fundatam in libera paciscentis voluntate vt iam diximus & vel ipsi fatentur ponentes discrimen inter pactū nudum, & stipulationem. Quis ergo dicat ex improuisa impræmeditataque & non plane deliberata voluntate, quem efficaciter teneri? vt compelli queat, nisi resupinus, non essent sane sublata aucupationes & formulæ illæ de quibus in titulo de formul. & impetr. Neminem hercle puto esse vel mediocriter eruditū, qui his rationib. persuasus subito ab illa communi sententia aut si manus errore non desiscat. Et huic nostræ firmis vallatæ rationibus adhæreat † quo casu verendum non est à communi recedere. *l. 1. §. sed neque. C. de vet. iure enucleand. Panorm. Fel. Deci. in cap. 1. ad finem. extra, de constitut. vbi congeruntur fere omnia huc pertinentia.* Superest tantum vt vanas & futiles quasdam rationes, quibus nitebatur communis diluamus. Respondendum itaque est primæ; iure gentium fuisse distinctas conventiones nudas à vestitis quod Vlpian. *in d. l. iurigentium.* satis ostendit dicens al quas iurigentium conventiones producere actionem

nem

nem aliquas non. diuersitas ergo e iure gen-  
tium emanauit, quod etiam fateatur Felin. in d.  
c. que in ecclesiarum. num. 56. Secundæ rationi  
satisfecero, si intellexeris pacta nuda æquita-  
tem quidem habere aliquam. Sed eam ipsam  
æquitatem varios habere gradus, a deo vt in a-  
liquo actu maior in alio minor versetur. Me-  
diocris erat illa vis æquitatis, qua pactum nu-  
dum probatur vt cum adiumento traditionis  
res promissa retineri iure potuisset, non au-  
tem tanta, vt si, qui pactus erat, res ille ret com-  
pelli posset ad satisfaciendum. Nam si illa  
conuentio fuisset eiusmodi, proculdubio non  
denegasset lex civilis & illam approbare, &  
illi eandem obligationem, consequenter a-  
ctionem adiungere, istud testatur Barto. in d.  
l. iuris gentium. §. ait prætor. ff. de pact. Quod  
ad tertiam rationem attinet. Si quis obstina-  
to animo defendere velit: ex pacto nudo na-  
turalem obligationem non oriri, vix eum  
conuincas. Sed si ita, quod naturalis prodeat,  
non est consequens vt exacte si ruari debeat  
pactum, quia quædam naturalis est, quæ so-  
lum valet ad retinendum. d. l. fideiussor. §. fideiuf-  
sor. Quo fit, vt naturalis obligatio etiam varios  
gradus habeat, & vna alia efficacior sit. l. obli-  
gationes. ff. de actio. & obligat. & d. l. fideiussor. inde  
lex vni adiunxit civilem, alteri minime. Quar-  
ta ratio dissoluetur ex his, quæ dicentur in  
sequenti quæstione, vbi non paucos hallucina-  
tos fuisse manifeste. Ita ratione deprehendes.



Quæro

Quæro igitur, an pactum nudum iure Canonico producat actionem: ut saltem in curiis spiritualibus aut iurisdictione summi Pontificis paciscentes compellendo, quod nudo pacto promiserunt, præstare. † Communiter concludunt producere *l. in d. §. sed cum nulla.* & Fort. *in d. c. 1. extra, de pact.* Alci. *in c. 4. quinti paradox.* Ad quam opinionem comprobandam faciunt sequentia. Et in primis adducitur. *cap. primum, de pact.* in hæc verba, *pax seruetur, & pacta custodiantur*, si Papa ita edixerit, fatendum & actionem dari. *l. statuas. ff. de acquir. rerum do.* Secundo adducitur. *cap. qualiter. titulo de pact. extra.* ubi ait summus Pontifex, studiose agendum est, ut ea quæ promittuntur, opere compleantur. Tertio huc pertinet quod inter simplicem loquelam & iuramentum Deus nullam constituit differentiam. *cap. iuramenti. 22. quest. 5.* multo minor ergo differentia fieri debet inter pactum simplex & alio debiliori vestimento munitum. Quarto Fort. adducit auctoritates Theologorum & Philosophorum, quibus voluntas Dei ea esse ostenditur, ut quæ ex fide sunt, quæque ex æquitate naturali, & ratione obseruentur. Et quod ius canonicum adstipulatur æquitati & rationi. Ideo Canonico iure nudum pactum seruabitur, quod habet secum æquitatem, quodque ratio naturalis suadet obseruari. Quinto hanc rem iuuat, quod conuentio quæ est approbata à lege, producit actionem. *l. iurisdictionum. l. legitimi-*

*legitima. ff. de pactis.* sed pactum nudum est per  
ius Canonicum approbatum. *d. cap. 1. Sexto*  
*allegatur. cap. quoties. de pact. extra,* vbi solidan-  
tur conuentiones nudæ per assensum super-  
uenientem & per ratihabitionem, efficax igitur  
erit pactum nudum, quod summus Pon-  
tifex illud ratum habuerit. Septimo citatur. *c.*  
*1. de proba. extra.* vbi conuentio ligat Princi-  
pem non quidem ex solennitate iuris ciuili-  
s, cui non subiicitur, sed ex illa æquitate & ratio-  
ne naturali. cui bene subest, *vt ibi & in cap. 1. de*  
*constit. extra.* adnotatur. Cum ergo prætextu  
æquitatis pactum nudum seruetur, dicendum  
est per legem canonicam actionem ex illo da-  
ri. Nouissimo loco consideretur, quod au-  
thoritate iuris canonici omnia principi, ad  
fundamenta actionis sunt pacto nudo appo-  
sita. Actio enim oritur ex iuris vinculo quo  
quis necessitate quadam adstringitur. *§. 1. In-*  
*stitut. de obligat. & §. 1. de actio.* & cum per ius  
Canonicum sit ea necessitas indita. *d. c. 1. con-*  
*sequens est actionem dari. l. licet. §. ea obligatio.*  
*ff. de procur.* Opinionem contrariam, ne scilicet  
actio detur tenuerunt Innoc. Imol. Salic. Ang.  
& dicit Feli. *in d. cap. 1. de pact. & Ias. in d. §. sed cum*  
*nulla.* posse hanc defendi contra communem  
idque affirmat Fort. verum esse si communis  
veterum rationibus duntaxat fulciretur. Sed  
auditis suis (inquit) nouis, à communi nullo  
modo recedi potest. In hanc secundam senten-  
tiam adducuntur complura. Primum quod

ex pacto nudo competit officium iudicis *cap. si. de foro competen. in 6.* at officium iudicis non admittit obligationem. *l. qui per collusionem. §. 1. ff. de actio. empt.* ergo nec actionem. Secundo quando quis obligatur, naturaliter tantum conuenitur per solam denuntiationem **Euangelicam.** *cap. nouit. de iud. extra,* ideo non competit actio. Tertio si competeret actio ex nudo pacto, corrigeretur ius ciuile. sed iuris correctio euitanda est, iuraque iuribus concilianda sunt. *cap. cum expediat. de electio. in 6. l. 1. C. de iust. doti egro.* Quarto actiones sunt à iure ciuili, adnotant docto. *in §. primum. Institut. de actio.* Sed ius ciuile non inducit actionem ex pacto nudo, neque ergo ius Canonicum inducere poterit. Quinto actio est ius persequendi quod sibi debetur iure ciuili. *d. §. 1. de obligat. his verbis, secundum nostræ ciuitatis iura,* Sed quod per pactum nudum promittitur, non debetur iure ciuili, ergo non dabitur actio. Sexto posset expendi *c. 1. de pact. pacem & pactum custodiri,* sed pax per solam denuntiationem euangelicam seruari debet, ergo pactum eadem denuntiatione custodietur, non iure actionis. Cæterum in hoc articulo magna est contentio inter iuris Interpretes parum sibi in hoc constâtes. Fort. Garcia, diligentius quam reliqui laborauit, sed veritatis lumen nondum attigit, cuius rei te æquum iudicem facio. Qua in re neutra Doctorum sententia mihi placet, quarum prima fuit, & ea quidem

quidem vulgatiore, pacto nudo actionem  
produci æquitate Canonica. Altera est, non  
quidem actionem produci, attamen iure  
Pontificio obseruandum pactum, & idcirco  
competere officium iudicis, aut Euangeli-  
cam denunciationem. Sed inanis est eorum  
altercatio. nam hodie coram iudicibus fa-  
ctum duntaxat proponitur *cap. dilecti filij. de*  
*iud. extra.* quod & in curijs secularibus passim  
obseruari conspiciamus. in quibus nulla cura  
est his temporibus nominum vel actionis vel  
remedij. quid igitur istorum profutura disce-  
ptatio, si conueniant pactum efficax esse. Cu-  
rare quidem tam anxie minime debuerunt,  
paciscens compelli posset hac, an illa via.  
Quare vt semel finiam aduersus omnes † ar-  
bitror verius esse, pactum nudum etiam iure  
Canonico non adeo potens, & efficax esse, vt  
aliquod remedium cōtra promittentem pos-  
sit intentari neque sit pudor ab omnium Dd.  
opinionibus dissidere, vrgentibus tamen ne-  
cessarijsque & ex auctoritate legislatoris de-  
sumptis fundamentis. *d. l. i. §. sed neque. de veter.*  
*iure enucl.* Recolligamus ergo ex tota farragi-  
ne huiusce disputationis argumenta quæ  
nos à superioribus in hanc nostram propule-  
rint sententiam. Et illud in primis quod pa-  
ctum nudum fiat sine deliberatione. vti et-  
iam illi fatentur statuentes differentiam inter  
ipsum & stipulationem quam & experimen-  
to cognoscimus, sæpe enim vt fit amicus res  
suas



suas amico offerens, aulico magis artificio v-  
 sus, quam animo syucero & integro, in hunc  
 modum dicit, vtere rebus meis, res hæc mea  
 tua est, quiduis faciam & hanc alter si acce-  
 pteret promissionem, dices teneri promitten-  
 tem qui magis conciliandæ amicitiz causa id  
 dixit quam vt reuera traderet rem oblatam. *l.*  
*obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. §. Instit.*  
*de testa. milit. annotant Doct. in cap. cum venif-*  
*sent. extra, de fide instru. concessit nonnulla Ias.*  
*in l. cum quid. in prima lectione. num. 20. ff. si cert.*  
 9 *petra. †* Ob defectum ergo huius deliberatio-  
 nis, iniquum esset paciscentem compelli. To-  
 rum enim obligationis fundamentum situm  
 est & radices agit in ea animi & voluntatis de-  
 liberatione, inde actus vi, dolo, metu, iracun-  
 dia, impressione, nimio gaudio, casu ve procedens  
 inefficax omni iure dicitur etiam diuino.  
*ritu. de dolo. de eo quod met. caus. facit text. in cano.*  
*ponderet. 50. distinct. cap. si quis iratus. 2. quest. 3. l.*  
*quicquid ibi, iudicium animi, ff. de regul. iur. Imo*  
 nec delictum commissum dici potest quod  
 non à voluntate libera, deliberatoque animo  
 fuerit profectum. *cap. 1. in fin. 15. quest. 1. idque*  
 in delicto ciuitatis. Bart. docet. *in l. aut facta. §.*  
*fin. cui adde Alex. ib. ff. de pœnis. Secundo mo-*  
 ueor, quod illa obligatio naturalis siqua ex  
 nudo pacto nascatur propter defectum illum  
 deliberationis, est in infimo gradu, qui tan-  
 tum valet ad retinendum, non ad agendum,  
 vt ait Iure cons. *in d. §. fideiussor. Cui magis cre-*  
 diderim

diderim quam Doctoribus nostris qui Iure-  
consulti recte nominari non possunt, vnde se-  
pe sum admiratus vanitatem quorundam in-  
terpretum Iureconsulti nomen falso vsurpan-  
tium, quos falsi non iniuria accuses. *l. eos. §. fin.*  
*ff. de fals.* Iureconsultus enim is est, si Bart. & ce-  
teris omnibus credamus. *in l. 1. ff. si cert. peta. &*  
*Iustiniano. in §. responsa. de iure natural. gent. &*  
*ciuil. Inst. lib. 1. cui data est à Principe responden-*  
*di potestas ita vt responsum eius habeatur pro*  
*lege. cogita num horū responsa vim legis ob-*  
*tineant? neque vero ea vnquam fuere animi*  
*arrogantia. Barto. Bald. Alex. Sez. Deci. Ias.*  
*Rip. quique iuris peritia claruerunt, vt id no-*  
*minis sibi vendicant. Sed vt ad rem redeam,*  
*non admitto, imo perniciosum affirmo quod*  
*in hanc rem Fort. dixit, legem ciuilem scilicet*  
*ex negligentia & intermissione veræ iustitiæ*  
*omisisse, pacto nudo ciuilem obligationem &*  
*actionem adungere, quod vsque adeo ridi-*  
*culum est, vt confutandum nō sit, nec voluis-*  
*sem ab Hispano dictum. Tertio facit, quod si*  
*lex Canonica daret actionem aut aliud reme-*  
*dium ex pacto nudo, & leges ciuiles non de-*  
*dignentur sacros Canones imitari. authentic.*  
*de ecclesiast. titu. in princ. colla. 9. l. 1. C. de sacrosanct.*  
*ecclie. authen. ad hac. C. de vsur.* Dicendum esset,  
iure ciuili actionem dari ex pacto vt ius iuri  
consonet, quod absurdum esset estque indi-  
gnum Fortu. verbum, quo ait, non quidem le-  
gibus digstorū, sed constitutionibus tantum  
Iustinia-

Iustiniani pactum nudum parere actionem, Istud enim aduersatur casui. *l. si quis argentum. §. sin autem Cod. de donatio. l. vnica. Cod. de rei vxor. actio. in principio*, argumento à speciali desumpto, & ita corrigerentur infinita pene iura propter peruicacem eius farinae Doctorum opinionem. Nec mireris, si liberrima vsus oratione nemini pepercero. hoc enim nobis licere putauit, in hac Aragonensi prouincia, ex illo liberiore loquendi vsu, quem protuenda veritate hic tollerari audio, iuxta Dauidicum illud: Annunciaui iustitiam meam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo. Quarto considerandum duco, quod leges ciuiles expressius dicant, pactum nudum non producere actionem iure verò Canonico nihil de pacto nudo scriptum est, nec vllum caput allegabis, in quo de pacto nudo disceptetur. ergo ciuilia iura hac in re seruanda sunt. *cap. 1. de oper. noui nuntiatio. extra. traditur in l. omni nouatione. C. de sacrosanct. ecclesiis.* Quinto accedat quod Papa vim pactorum metitur ex vi à lege ciuili accepta *cap. pactum. extra. de verb. signif. c. 2. in 1. responsio. de concess. prabend.* in quod, multa anno superiore annotauimus. Adde titulum. *de empt. & vend. de locato.* cum alijs sequentibus extra quibus videre potes, tantam vim conuentionibus datam per summum pontificem; quantam illius consiliarij recte nouerunt per legem ciuilem illis concessam. His accedit quod ius ciuile rigidius & strictius est, iu-

est, iure Canonico, quod quandam præfert benignitatem, quam æquitatem Canonicam vocant Doct. in cap. in presentia. de præb. ex Bald. in cap. 1. extra, de plus petitio. in capi. suam. de pœnis. extra, in c. 1. de dolo. Cum igitur lex ciuilis fundamentum satis firmum nõ adinuenit in pacto nudo, quomodo mihi persuadebis ex æquitate illa Canonica fortius quem ligari: vbi æquitas ad liberandum procliuior est. *l. Arrianius. ff. de actio. & obliga.* Postremo hanc sententiam iuuat, & hoc argumentandi genere sæpe vti soleo, quod nullum sit fundamentum, gloss. aut Doctorum, quo efficacia pacti nudi tanta ostendatur. si modo pactum nudum in sua nuditate permaneat, & suis terminis contineatur. Non diffiteor enim quin multis ex causis æquum sit pactum alioqui nudum seruari, quibus etiam iure ciuili detur actio, vt dicemus. Sed quando romanet in finibus placiti & nulla adest extrinseca causa, nulla specialis ratio, nullo modo pactum scilicet compelli posse censeo. Dúobus autem primis argumentis quibus citantur *cap. 1. cap. qualiter. de pactis. extra.* varijs modis respondent qui secundantur opinionem. nam illi scilicet iubet seruari pacta secundum suam naturam vestita vt actionem, nuda vt exceptionem producant, qui certe sensus est verus, quique Barto. & cæteris placuit, in lege, *iurigent. §. ait prætor. supra, de pactis.* Fortu. tamen eo loco refutat, existimans stabilimentum & firmitatem ibi ad fa.

ad factum referri, idque conatur probare, sed frustra quoniam nulla subest ratio. finge enim ad factum referri, cur potius dabitur actio ex illa firmitudine facti quam ex illa, quæ scribitur in d. §. ait prætor. in l. i. ff. de constit. pecunia. Et quod dicit, promittentem factum teneri alternative ad faciendum, vel ad id quod interest, confiteor quidem, quando fuerit vestita. Dum vero ait, textum velle, quod contentas sentiat disciplinam, si non obtemperat. Fateor obtemperandum esse, sed si pactum vestitum est, obtemperabit debitor, si nudum, quia producere potest exceptionem, obtemperabit is, cui obijcitur exceptio. Atque ita communis solutio probe defendi potest, quam si sequaris, non modo non oberit illud *cap. i. secundæ opinionis*, sed nec nostræ, ut cuique perspicuum esse puto. Porro melius & verius *d. cap. i.* ita respondendum indicaui. Si dixerò illud intelligendum simpliciter de pacto, nulla adiecta qualitate nudi aut vestiti, quoniam iura Canonica illud discrimen non statuênt, sed verbo pacti in genere utuntur quod definitur in *c. pactum. extra, de verbo. significat.* Præterea fatendum utiq; censeo, eiusmodi pactum producere actionem, sed negandum ingenue illud nudum esse, siquidē diligenter expensa fuerit eius finitio per Papam præscripta. Quæ vera dissolutione omnibus allegationibus è iure Canonico adductis satisfactum puta. Neq; quisquam hic garriat, quod sit incertū utrius pacti sermo

sermo

sermo habeatur. *in c. 1. & toto tracta. de pact. nam  
titulus de verbo. significa. satis superque satis  
ostendit quo significato termini accipiantur  
in alijs locis, idcirco in d. ca. 1. & toto titulo sumi-  
tur pactum, vt diffinitur in d. c. pactum. de verbo.  
signific. & ita nihil contra nostram conclusio-  
nem. Tertiæ obiectioni respondebis, in d. c. iu-  
ramenti. nihil dici de pacto nudo, aut vestito,  
quia pactum vestitū recte vocari potest sim-  
plex. Præterea illud caput dicit nullā esse diffe-  
rentiam inter simplicem loquelam, &c. Quia  
ibi erat mēdacium perniciosum & perinde v-  
bique peccatum erat. † Regulariter tamē dif- 10  
ferentia statuitur. vt glo. ibi notat. facit *ca. debi-  
tores. ca. cum contingat. extra, de iureiur. c. quamuis.  
de pact. in 6.* Insuper v. des, Papam multoties so-  
lennitatē cautionis iuratoriæ exigere. *ca. per ve-  
stras. de dona. inter vir. & vxor. ca. vt super. extra, de  
reb. eccle. exigere. etiam cautionē idoneam. c. fin.  
de pign.* quæ sane non exigeret, vt quibus mini-  
me opus esset, si pactū nudum tam solēne fo-  
ret, vt isti clamitāt. Quarta obiectione philo-  
sophatur Fort. Garc. sed hiulca est & parū con-  
sequens illius argumētatic, vt potes videre. *in  
d. c. 1. coll. 4.* Dicit Dei Opt. Max iussu fidē serua-  
ri debere, q̄ nemo inficiatur, si ad eam fidem  
animū referas, quæ est virtus Theologica in in-  
tellectu existens, voluntatemq; illuminans ad  
aliarum virtutum exercendos. Sed & si fidem  
accipias quasi fiat quod dictū sit, fateor eam  
obseruandam, quando illud dictum, illa pro-  
missio*

missio esset efficax, & secundum promissionis naturam, vt supra distinximus, nec est verum æqualiter omnia promissa seruanda. Scilicet enim vel præcepta Decalogi distinctione v limitationemque recipiant. Archid. in cap. fin. §. his ita. 6. dist. cur ista æquitas, ista fides mortalibus, ista ratio non etiam distinctionem patiuntur. vt vna promissio ab alia secernatur. Nec mirum tibi videri debet, si hanc regulam, *promissa sunt seruanda*, limitandam diximus, quando esset nuda promissio & non deliberata, quæ hanc, *Non occides*, limitabo, quando autoritate iudicis, & hanc, *quos Deus coniunxit, &c.* restringes, nisi causa fornicationis. Quibus consequens est illum non peccare, qui non adimplet, quod nude promisit, si enim superior non cogit, imo vero denegat actionem, quomodo peccat qui contra legem non facit: nec lex diuina vnquam tale præcepit, quæ leuior & suauior est quacunque humana, quare improbe facturos eos arbitror, qui mentibus hominum timidis inijciant scrupulum hunc, vt scilicet in Dei præceptum committant, mortalemque peccent, qui nudæ promissioni non paruerunt. nec sane hæc (mihi credite) parui perijudicij, neque (meo quidem iudicio) tutum ita iudicare de fortunis, de capite proximi. Satis enim factum Dei præcepto existima, si conuentiones obseruaueris, si proximo satisfeceris. In his quæ legis præcepto continentur, & quæ animo deliberato inter homines aguntur.

tur.

etur, † huc pertinet quod qui nimis emungit e-  
licit sanguinem, & quod summum ius sum-  
ma est iniuria gloss. & Archid. *in cap. denique. 4.*  
*distinct. capit. nisi cum quidem. de renuntia.*  
*Panor. in cap. cum esses. num. 4. de testam. extra.*  
*comprobat. Bude. ad l. primam, pag. 2. ff. de iustic.*  
*& iure. quæ huic negotio recte accommodari*  
*posse videntur. Quinto argumento quod sci-*  
*licet confirmatio per legem, facit actionem ex*  
*confirmato nasci, Respondebis; id verum, si*  
*quidem speciali confirmet, vt confirmât em-*  
*ptionem; locationem; mutuum, & reliquas*  
*vestitas conuentiones, † quoniam hæc confir-*  
*matio fit ex certa scientia, quæ efficit etiam, vt*  
*actus nullus valeat. Sed propter confirmatio-*  
*nem generalem; qualis est, pacta custodiantur,*  
*pacta seruabo, quæ potest recte vocari confir-*  
*matio in forma communi, non corroboran-*  
*tur actus alioqui inefficaces & debiles, not. in*  
*cap. quia diuersitatem. extra, de concess. praben. Bar.*  
*in l. more. ff. de iurisdic. omn. iudic. Pnil. Deci. in*  
*cap. 1 extra, de confirma. vti Franc. Rip. in cons. 18.*  
*num. 4. libr. 3. Responsorum. Mirarer haud dubie*  
*si ob illam confirmationem Papæ, pacta custo-*  
*diantur, actio produceretur ex nudo pacto, ob*  
*illam vero prætoris, pacta seruabo, non produ-*  
*ceretur. Sexto argumento responderi non est*  
*neccesse, quia ibi nihil de nudo pacto, Sed so-*  
*lum deerat quædam solennitas (& enim com-*  
*plures requirentur solennitates in alienandis*  
*rebus ecclcsiæ) quam assensus Papæ ratum ha-*  
*bentis*



bentis expresse suppleuit, ratione cuius conuentio efficax postea fuit. Septimo fundamento respondere est facile primum quod sicut *in d. cap. 1. de probatio.* agitur contra Imperatorem propter rationem naturalem cui soli subijcitur, ita agitur sine actione per officium iudicis. Sed nihil dicitur de pacto nudo, licet enim ageretur de venditione, aliave vestita conuentione, adhuc vinculum ciuile, obligatio ciuilis deesset, quæ non afficit eum qui solutus est legibus. Præterea responderetur noue, & si ex pacto nudo ageretur *in d. cap. 1.* nihil contra nostram sententiam, quia pactum nudum à Principe factum tantæ virtutis est, quantæ vestitum foret. vt *infra* dicitur. Pari ratione tollitur, quod Aristot. ait à Bald. relatus. *in l. 1. ad principium. ff. de pact.* Octauo argumento vt respondeam, faterer quidem actionem ex pacto dari, si omnia actionis principia fundamenta per legem Canonicam iacta essent, sed non video illud iuris vinculum, non video consensum illud solidum & deliberatum, quem dixi necessariū fore. *d. l. obligation. substantia* Nec prodest quod dici solet, hominem voce ligari, quodq; Psalmo decantatur, *verbum meum non faciam irritum*, quia de voce deq; verbo ad hoc prolato, & ratione deliberata intelligi debet. Frustra etiam dicat aliquis ius Canonicum non considerare solennia legum, nam esto ita, respicit tamen liberum contrahentis consensum, vt supra ostēdi. Restant adhuc scrupuli, quos ex rationibus

secun-

secundæ opinionis colligeres, fatebatur enim aliqui per denunciationem euangelicam pacifcentem esse compellendū, aut officio iudicis c tant. *ca. fin. de foro compe. in 6. cap. nouit. de iudic. extra*, quæ iura nihil profus faciunt. *in d. ca. fin. debitor iurauerat releuare fideiussorem indemnem, & sine iuramento actione mandati tenebatur. in d. ca. nouit. erat de iure feudi inter illos Principes quæstio & sic nihil de viribus pacti nudi. Quamobrem firma & vera remanet iam à nobis posita conclusio, atque aduersus appaerentes rationes tuta. Proinde principalis regula asserens pactum nudum nō producere actionē duas habet ampliationes quas alij falso limitationes vocabāt. Prima ergo est, vt nec iure gētium manus regia competeret. 2. vt nec iure Canonico aut etiā diuino. Ex quibus inferri possunt infinita fere corollaria cōtra docto. Ex his n. quilibet agnoscit falsas esse complures illorū decisiones fundatas super ea falsa opinione quæ volebat ex pacto nudo efficax remediū dari Canonico iure, sic defendes iura ciuilia incorre cta, sic conciliabis scripturas, & leges principū spiritualium & seculariū, quæ omnes l. eodem tendere debent, tāquam duo legis diuinæ propugnacula. at in cano. sunt quidem 25. q. 1. Conclusio nostra sic ampliata quasdam recipit limitationes, quas docet glo. huius *L. in 8. part.* quapropter ne in sequentibus eas iterare cogerer, huc si adferre, cōsulto premitto. Secūda conclusio, Nudū pactū, q̄ fit*

C 2 ad libe-

ad liberandum, producit exceptionem, quod fit ad obligandum producit naturalem obligationem. Huius positionis duæ sunt partes. Prima de pacto, de non petendo, de pacto liberatio loquitur, quæ probatur. *l. iurigen-  
tium. §. igitur nuda, sed parit exceptionem, l. si vnus.  
§. pactus ne peteret. supr. de pact.* vbi interpretes dicunt ex illo pacto tolli naturalem. *§. praterea. Institur. de exceptionib.* elidi civilem (ex quibus duobus oritur exceptio pacti) creditoremque obligari ad non petendum, vtrum vero ex hac ipsa obligatione remedium aliquod supersit? Dices ex sequentibus. Conclusionis pars altera est, qua naturalem produci obligationem asseruimus. Cui tamen refragetur nemo, ego tamē pluribus de causis dubito, num pars illa  
13 vera sit. † Primum quia nullo iuris capite probari potest, erubescimus autem sine lege loqui. *l. illam. C. de colla. §. consideremus. de triente & semiss. colla. 3.* Et paria sunt aliquid fieri sine lege, & contra legem, Bald. *in cap. in Genesi. nu. 10. extra, de electio. 2. quoniam. §. igitur nuda, dicit pactum non parere obligationem indistincte, & negatiua, non, negat totum, atque ideo malignantis naturæ creditur. gloss. in cap. i. de reg. iur. in 6. 3. quod nulla mentio pacti nudi. in §. fideiussor. l. fideiussor. ff. de fideiuss. in l. naturali. de condict. indeb. in l. 1. §. 1. de consti. pecunia.* ibi enim naturalis obligatio potest in exemplum afferri, quoniam persona, quæ promittit, civiliter obligari non poterat, vt seruus domino, filius-  
familias

familias patri, aut etiam fratri. *l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* Verum enim vero communis opinio videtur mihi verior, ut ex pacto nudo naturaliter quis obligetur. Primo quia licet non omnino deliberate consentiat, consentit tamen, qui sic paciscitur. *arg. l. si mulier. §. si meru. ff. de eo quod met. causa. & hic qualisqualis fuerit consensus, qualemqualem obligationem producere potest, non prorsus inutilem. hæc enim efficiet, tum ut possit fideiussor accedere, tum ut si res promissa iure perueniat ad eum cui promittitur, retineri possit. Deinde ut in constitutum deduci queat, quos effectus & reliquos annotauit Ias. in *l. ex hoc iure. ff. de iustic. & iur. & in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb.* Secundo ad confirmandam communem opinionem allego *§. seruus pactionis. ab alijs non satis explanatum. l. & eleganter. ff. de dolo,* quæ infra sum declaraturus in octauo casu. Hanc etiam confirmant omnia iura, quibus probamus speciatim ex pacto actionem dari, quia leges in illis casibus solam civilem addidere. naturalis igitur aderat alioqui debilis. Nec obsunt tres rationes in oppositam sententiam, quarum priori respondeo, complures illi induci posse, quæ id asserant. Secundæ ut *§. igitur nuda.* dum ait nullam dari, intelligatur, nullam inquam efficacem, & cui lex civilem obligationem adiungat. Præterea tertia diluitur, quod licet in *d. §. fideiussor. in d. l. naturali pacti nudi mentio non habeatur, eadem quæ**

iura ad nudum pactum referri aptè possunt. Superest adhuc non nihil de vestimentis nudi pacti dicamus. Res enim est, quæ non satis hæctenus exposita videatur. Accurs. quem Doct. vulgo sequuntur. *ad d. §. quinimo.* varias opiniones, & sex pacti nudi vestimenta recitat, vbi aliter ea vestimenta explicat Bart. sed  
 14 neque mihi eo modo satisfacit. † Quare ex omnibus quæ tradi solent, recollige, haud parum referre, an quæramus, quod dicatur pactum vestitum, an quomodo dicatur pactum nudum vestiri, quemadmodum refert dicere quæ sit res alba, aut quomodo res nigra efficiatur alba. Nam pactum vestitum est, cui nomen fuit (vbi primū extat) iudicium iure gentium aut ciuili, quo fit vt omnis conuentio nominata vestitum pactum sit. Nec recte mihi videtur sentire Bart. nonnulla pacta nomine vestiri. non enim vestiuntur, sed vestita nascuntur. vestiri dicuntur quæ vestimētum habent accidētarium: vestita nasci, quæ substantiale. At pactū alioqui nudum vestitur, quando aliqua de causa tantum efficacit & roboris acquirit, vt lex ciuili illud ex libero consensu & proposito deliberato processisse existimet,  
 15 ob id que ciuilem obligationem addat. † Et omne vestimentum vocari recte potest legis auxilium, adminiculum, fomentum, cuius soleo adferre exempla sequētiā. vnum, quando in casibus specialibus pactum per se producit actionem. vt *l. ad exactio. C. de det. promiss.*  
 & alijs

& alijs ll. quas post Accurs. in 8. parte gloss. coaceruauimus. Alterū, quoties pactum alioqui nudum cohæret traditioni rei. Cohærentia enim hæc vestit pactum. *l. legem. Cod. de pact. l. in traditionibus. ff. de pact.* Tertium est cohærentia contractus nominati, vt in *l. nostra traditur. & in l. bona fidei. & l. petens. Cod. de pact.* & alijs quæ in sequentibus adducentur. Vestimentum iuramenti est frequentis. & licet iure antiquo, in casibus specialibus tantum admitteretur. *l. si quis pro eo. de fideiusso. l. vt iurisiurandi. de oper. libert.* hodie tamen non solum pactum nudum constabiliri iureiurando, sed & conuentionem nominatam valentiorē, & efficaciorē reddi, *authentic. sacramenta puerum. Cod. si aduersus venditio. cap. quamuis. de pact. in 6.* quod annotant etiam Math. in 36. notab. & alij multi, quos in apost. lla eius loci allegatos inuenies. Vestimentum initio rei fuit pro pollicitatione vehenter nuda institutum. *l. 1. versic. item si sine caus. & l. pactum. de pollicitatio.* Attamen arbitror eo casu vestiri nudum pactum initio rei. Atque haud ita pridem sic respondi aduersus hæredem cuiusdam mercatoris, qui pollicitus fuerat cœperatque iam extruere sacellum in æde sacra Franciscanorum. satis enim sese animus deliberatus ostendit, quando ædificare cœperat, *arg. l. 2. C. de eo quod met. caus.* Vestimentum rei interuentu est contractuum innominatorum correlatiuorū de quibus infra. Hactenus de vi & potestate

pacti nudi seorsum considerati. Restat igitur, de pacto quod fit simul cum alio contractu agamus.

SVMMA EORVM QVÆ III. ET  
IV. PRÆFATIONIBVS  
continentur.

S V M M A R I A.

- 1 *Pactum quando ex interuallo, & quando ex continenti factum dicatur.*
- 2 *Pactum super vno ex tribus fieri potest.*
- 3 *Substantialia contractus noue definiuntur.*
- 4 *Naturalia duplici specie distribuuntur.*
- 5 *Intrinsicca naturalia quomodo differant à substantialibus.*
- 6 *Naturalium extrinsecorum perpulchra exempla.*
- 7 *Accidentalibus contractus qua dicantur.*

**T**ertio loco prægognoscere par est. Pactum nudum fieri posse cum alio contractu dupliciter, ex interuallo, videlicet & ex continenti. † Ex interuallo, quando inter contractum & pactum partes contrahentes diuerterunt ad extraneos actus, & hoc dicitur. *in l. nostra. his verbis, fieri postea, & idem in l. iurigenitum. §. adeo. supr. de pact.* & breuiter dicam ex interuallo factum, quando non fit incontinenti. Quare quid ex interuallo fieri dicatur intelligetur, si explicuerimus quid incontinenti factum censetur. Itaque incontinenti dicitur

dicitur aliquid fieri, primo quando intra decem dierum spatium effectum fuerit. l. 1. §. itē si ita legatum. ff. ad l. Falcid. not. in l. 2. C. de edict. diui Adria. Deinde quando fit immediate ante vel post contractum, & nō fiunt actus extranei inter pactum & contractum, quod dicitur fieri in ingressu vel egressu contractus. l. iurisgentiū. §. vt pacta. sup. de pact. gloss. & Bart. in l. bona fidei. C. de pact. Dico autem seu ante seu post fiat, vt in l. petens. C. de pactis. accommodatior text. in l. 3. C. de edilit. actionib. & l. non ad ea. ff. de cond. & demonstrat. quod & hic adnotauit Accur. & in d. §. vt puta. cui assentiuntur qui hac nostra memoria scripsere. Cæterum quando contrahentes dicantur diuerti ad extraneos actus, ostenditur in l. heredes palam. §. fina. ff. de testamen. in l. duos. §. si. ff. de duob. reis. in l. quod ait lex. ff. ad l. Iuliam de adulter. Doct. & huius temporis interpretes in l. 1. §. 1. ad l. continuus. ff. de verbor. obligat. & ad l. petens. ad l. lecta. Porro sentiunt omnes tunc demum partes diuertisse ad extraneos actus, quando contractus habebatur perfectus & ad actum omnino alienum peruenerant: quod potius arbitrio iudicis quam certa regula definiri debet, arg. l. 1. ff. de iure delib. Pacti ex interuallo facti orationem in literæ interpretationem differo. vires pacti ex continenti appositi postea in regulis cohærenter expositurus. Quarto præsciendum est † pactum nudum<sup>2</sup> iuxta contractum fieri posse super substantia-



libus, naturalibus, aut accidentalibus contra-  
 ctus. glo huius nostræ l. id docet apertius: ta-  
 men id ostendendum putavi, propterea q̄  
 bona pars eorum, quæ super literam l. dicturi  
 sumus, ex harum vocum cognitione pendet.  
 Hæc inquam substantialia, naturalia, & acci-  
 dentalia. Accur. & interpretes nostri decla-  
 rant per exempla duntaxat, eaq; ratissime. E-  
 go vero definitionum obseruantissimas (ex  
 illis enim exacta terminorum natura, & ve-  
 ræ negotiorum decisiones prodeunt) hos ter-  
 minos (videat quantumuis Duranus) recte  
 3 sic sumendos censeo. † Substantialia ad con-  
 tractum sunt ea quibus per contrahentes nõ  
 expressis contractus subsistere non potest.  
 horum exempla sunt consensus respectu cu-  
 iusq; contractus. l. 1. §. *conventionis. supra, de pact.*  
 In emptione & venditione res, & pretiũ in  
 pecunia numerata. §. *pretium. §. item pretiũ. Inst.*  
*de emptio. & vendit.* In locatione, & conductio-  
 ne res & merces etiam in pecunia. §. *primo. In-*  
*stitut de loc.* In mutuo quod interueniat res  
 recipiens similem functionem, id est certum  
 vsum æqualem æstimationem & certitudi-  
 nem, per pondus, mensuram, aut numerum.  
 l. 2. §. *mutui datio. ff. si certum peta.* in stipulatio-  
 ne quod præcedat interrogatio & sequatur  
 responsio. Et licet substantia alicuius actus  
 videatur differre à materia, forma, & solen-  
 nitate

nitrate illius, per ea quæ adnotauit Bald. in principio c. 1. de noua for. fid. & in l. etiam. C. de executori. rei iud. num. 6. Alc. lib. 5. paradox. cap. 15. tamen in præsentia substantialium appellatone comprehendemus quæcunq; sint de materia, forma, solennitate contractus. Cum contractus esse non possit, nisi à contrahentibus hæc expressim adiiciantur. Ita Decius in l. cum quid. num. 4. ff. si cert. peta. Naturalia ad contractum sunt ea, quæ auctoritate legis contractui insunt, & si de illis contrahentes nihil dixerint, † horum quædam sunt intrinseca, quæ Bart. & alij in locis quos infra allegabo vocât (sed male & iudicio meo improprie) substantialia. hos etiam sequitur Alcia. in d. l. cum quid. um origini, inquit, contractus coniungantur. sed neq; istud iuuat. nam & alia quæ ipsi fatentur mere naturalia, etiam origini iunguntur, si contra nõ agatur. Dic ergo cum Alberi. hic in prima quæstio. esse vere naturalia, sed intrinseca & innata † quæ eo differre à substantialibus dicuntur, quod substantialia per contrahentes exprimi debent & super his pactum appositum dicitur, vt sic dicant, reformatiuum. Naturalia autem hæc non exprimuntur, sed lex ea contractui tribuit, & pactum super his transformatiuum appellatur, vt infra videbis. Conueniunt tamen hæc naturalia cum substantialibus, quod vtraq; abesse non possunt à contractu. Atamē ob id de substantia dici minime debent,

bent, quomodo neque albedo quę inest cygno, aut nigredo coruo de cygni vel corui substantia esse dicitur. Alia sunt naturalia extrinseca. Naturalia intrinseca sunt quę per pactum remanente contractu tolli non possunt. Membrum istud etiam Doctoribus subobscurum fuit, sed tibi sequentibus exemplis perspicuum erit. In emptione & venditione quod rei venditę dominium, vel quasi (quod interpretor conditionem vsucapiendi) transeat in emptorem. *l. cum mansata. §. fin. infr. hoc titulo: in precario quod res ad libitum reuocetur. l. 1. & l. cum precario. ff. de preca. in donatione causa mortis quod reuocari possit. *Lybi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. in societate quod non sit leonina, nempe quod vnus non sentiat commodum sed damnum. l. si non fuerit. §. si. ff. pro soc. in mandato quod non sit gratuitum. l. 1. §. mandatum. ff. manda. in mutuo quod idem in genere restituatur. l. 2. in prin. ff. si cert. pet. Extrinsicca naturalia, quę nonnulli, si credis Alber. substantialia nuncuparunt, quod tamen minime puto, sunt tamen quę a lege quidem contractui insunt, sed possunt per conventionem tolli remanente contractu, vt in emptione, & venditione † quod venditor teneatur de emptione. *l. non dubitatur. C. de contrab. emptio. in locatione & conductione, quod res conducta reficiatur. l. ex conducto. ff. locat. quod post moram conductoris vsurę præstentur. l. cum quidam. §. ex locato. l. mora. §. 1. ff. de***

ff. de vsur. in emphyteusi, quod emphyteuta cadat in pœnas. l. 2. Cod. de iure emphyteut. si per tres annos cessarit, vt docetur in cap. fi. extra de loca. in stipulatione, quod non sit diuersitas rei super qua contrahitur l. 1. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. in mutuo quod æque bonum reddatur. l. cum quid. ff. si cert. petat. in deposito pecuniæ (alterius enim rei depositum illud habet ex naturali intrinseco) quod dominium rei nõ transeat in depositarium. l. Lucius. & l. sequenti. §. 1. ff. deposit. in societate quod communicetur lucrum & damnum. §. illud Inst. de societat. Et hæc extrinseca naturalia per l. nostram vocantur adminicula, quia vt dixi pacto tolli possunt remanente contractu. Ideo pactum super illis adiectum vocabitur informatiuũ, haud secus quam si super accidentalibus apponeretur. † Accidentalialia sunt sine quibus contractus potest fieri, nec per legem intelligitur adesse, & dicuntur extra naturam, d. l. iurisgentium. §. vt puta. ibi, extra naturam contractus conueniat &c. & hæc etiam per l. nostram adminicula dicuntur. Ne res exemplis egeat, pone in emptione & venditione conueniri quod alter Romanus eat, quod res vendita locetur, quo soluantur vsuræ ante moram, & infini a id genus, quæ omnino extranea sunt: & eiusmodi vt, nisi de his agatur, nunquam per legem intelligantur. Super his tribus aut illorum vno pactum apponi solet cuius vim, ac robur intelligi

telligi necessum est. non est tamen dissimulandum pactum posse super toto ipso contractu poni, vt in *l. ab emptione. ff. de pactis. in l. 2. Cod. de pactis inter empt. & vendito. in rubric. d. l. commissor. in rubric. de in diem additione.* cuius vires etiam intelligas, cum op. e. pretium fuerit.

## QVINTA PRÆFATIO

hæc completiur

### S V M M A R I A.

- 1 Pactum quoddam informatiuum, quoddam reformatiuum ex antiquis.
- 2 Sex huius diuisionis membra vltra doctores.
- 3 Informari, an dicatur actio, an contractus, an vtrunque.
- 4 Declaratur. l. lecta. supr. si cert. pet. a.
- 5 An pactum tertium. d. l. lecta. sit informatiuum an reformatiuum.
- 6 Defenditur communis opinio asserens pactum informatiuum.
- 7 Reformatiuum pactum quod dicatur.
- 8 Transformatiuum pactum quando fiat.
- 9 Conciliantur. l. vbi ita. & l. cum precario. aduersus Doctores.
- 10 Quis contractus resultet in l. cum manu facta. §. si. infr. eodem.

11 Confer.

- 11 *Conformatiuum pactum quodnam fuerit.*
- 12 *Deformatiuum non bene à Deci. declaratū.*
- 13 *Resolutionum pactum quando dicatur, & quibus exemplis.*

**P**ostremo præcognoscas oportet fuisse quædam nomina ab interpretib. ex mente tamen legislatorum his pactis indita, propter quendam effectum, quem habent erga contractum cui apponuntur. Itaque dixerunt veteres † vnum informatiuum, alterum reformatiuum, quos citat Ias. *in l. iuris gentium. §. quinimo. supra, de pact. in l. lecta supr. si cert. patet.* vbi Alciat. eam etiam admittit diuisionem Ias. *in l. petens. Cod. de pact.* addit tertium membrum, esse & transformatiuum. Sed addidisse postea penituit. Dec. *in d. l. lecta.* quid sit transformare docet, subiungens pactum aliquando conformare aliquando vero non. Sed duo postrema non adaptat pactis, de quibus à nobis est instituta oratio. Tu ergo rectius dicito † sex esse species pactorum, informatiuum reformatiuum, transformatiuum, conformatiuum, d. formatiuum, & resolutiuum. Informatiuum vt intelligas, existima hanc vocem, *informari*, autoribus Accur. Bartol. Ias. & aliis *in d. §. quinimo.* referri ad actionem vt vocemus pactum informatiuum actionis, quando actio ampliatur, & extenditur etiam ad id quod in pacto ductū est, *l. tenerur. §. i. l. si sterilis. §. si tibi ff. de act. empr. l. in bona*

*in bona fidei. l. petens.* secundum communem  
 intellectum. *de pact.* C. Deci. *in d. l. lecta* refert  
 effectum pacti ad contractum dicens, nec  
 informari contractum, si ei nihil detrahatur  
 sed addatur aliquid Alcia. *in d. l. petens.* vide-  
 tur adhærere primæ opinioni assueverans in-  
 formari actionem, id est, extensim deci  
 non ergo dices secundum communem pa-  
 ctum informare contractum licet recte di-  
 xeris pactum inesse contractui ita docet  
 Bart. *in d. l. lecta. num. 29.* Tertia est opinio O-  
 dofr. & Alberi. hic vt nihil intersit referatur  
 virtus pacti ad contractum, an ad actionem  
 cum deinde ex contractu mediantibus obli-  
 3 gationibus dictio nascatur. † Tu vero magis  
 proprie dices informationem conuenire a-  
 ctionibus, siquidem ad id quod in pacto de-  
 ductum est extendi possit, quod si eius sint  
 naturæ, ne ad id quod pacto continetur, pos-  
 sint extendi, pactum tunc informabit con-  
 tractum ita Paul. à Castr. *in d. l. petens. numer. 6.*  
*vers. Quomodo ergo,* Reliquum est videre quan-  
 do pactum dicatur informatiuum, siue refe-  
 ras ad actionem, siue ad contractum. Doct.  
 communiter velle videntur pactum infor-  
 mare quando ampliat & auget vim actionis.  
 Sed verius cum Bart. *in d. §. quinimo. num. 8.* cre-  
 diderim pactum actionem informare, quã-  
 do nouam formam ei præbet ea remanente,  
 nec interesse puto an ad plus, an ad minus  
 competat occasione pacti, quod mox aper-  
 tius

tius ostendam. Huius verbi, *informari*, meminit text. *in d. §. quinimo*. licet noui textuum corruptores putent legendum, *format*, sed idem *cap. fin. de diligenti. in fi. extra, de foro competent.* Hinc iam emergit difficultas doctis etiam negotium facessens. An scilicet *in l. le-eta. ff. si certum pet. a.* pactum, de cuius viribus contenditur ibi, *sit informatiuum, an reformatiuum.* † Cui priusquam respondeas speciem facti accipe. Mutuauit creditor quindecim pondo alicui, & stipulatus est, sibi restitui proximis Calendis: deinde stipulatus est vsuras si prædicta die ea quindecim pondo soluta non sunt. pro lapsis quibusque 25. (quidam legunt. 30. sed nihil prorsus refert.) diebus quindecim denarios. Tertio loco nuda conuentione creditori placuit, ne solueret debitor ex sorte principali nisi tria pondo quolibet mense nulla vsurarum mentione habita. Cessauit debitor per aliquot menses soluere. Quæstionis erat non super sortem, sed super vsuris. quot denarij deberentur, an quindecim ex lapsu 25. dierum, an solum tres denarij ex lapsu vnus mensis, hoc est, an attendatur mora commissa per dilationem quæ in secunda stipulatione fuit nominata, an per dilationem tertij pacti. Quidam scioli mentem & decisionem iuriscon. obrudentes dinumerant hos denarios multiplicatis mensibus: sed parum ad rem facit istorum diligentia, habita enim decisione, & dissoluta difficultate



*in bona fidei. l. petens.* secundum communem intellectum. *de pact. C. Deci. in d. l. lecta.* refert effectum pacti ad contractum dicens. *inc* informari contractum, si ei nihil detrahatur sed addatur aliquid *Alcia. in d. l. petens.* videtur adhærere primæ opinioni asseuerans informari actionem, id est, extensim *dec. ci* non ergo dices secundum communem pactum informare contractum licet recte dixeris pactum inesse contractui ita docet *Bart. in d. l. lecta. num. 29.* Tertia est opinio *Odofr. & Alberi.* hic vt nihil intersit referatur virtus pacti ad contractum, an ad actionem cum deinde ex contractu mediante obligationibus dictio nascatur. † Tu vero magis proprie dices informationem conuenire actionibus, siquidem ad id quod in pacto deductum est extendi possit, quod si eius sint naturæ, ne ad id quod pacto continetur, possint extendi, pactum tunc informabit contractum ita *Paul. à Castr. in d. l. petens. numer. 6. vers. Quomodo ergo.* Reliquum est videre quando pactum dicatur informatiuum, siue referas ad actionem, siue ad contractum. *Doct.* communiter velle videntur pactum informare quando ampliat & auget vim actionis. Sed verius cum *Bart. in d. §. quinimo. num. 8.* crediderim pactum actionem informare, quando nouam formam ei præbet ea remanente, nec interesse puto an ad plus, an ad minus competat occasione pacti, quod mox aper-  
tius

tius ostendam. Huius verbi, *informari*, meminit text. in d. §. *quinimo*. licet noui textuum corruptores putent legendum, *format*, sed idem *cap. fin. de diligenti. in fi. extra, de foro competent.* Hinc iam emergit difficultas doctis etiam negotium facessens. An scilicet in l. *lecta. ff. si certum petat. pactum*, de cuius viribus contenditur ibi, *sit informatiuum, an reformatiuum.* † Cui priusquam respondeas speciem facti accipe. Mutuauit creditor quindecim pondo alicui, & stipulatus est, sibi restitui proximis Calendis: deinde stipulatus est vsuras si prædicta die ea quindecim pondo soluta non sunt. prolapsis quibusque 25. (quidam legunt. 30. sed nihil prorsus refert) diebus quindecim denarios. Tertio loco nuda conuentione creditori placuit, ne solueret debitor ex sorte principali nisi tria pondo quolibet mense nulla vsurarum mentione habita. Cessauit debitor per aliquot menses soluere. Quæstionis erat non super sortem, sed super vsuris quot denarij deberentur, an quindecim ex lapsu 25. dierum, an solum tres denarij ex lapsu vnus mensis, hoc est, an attendatur mora commissa per dilationem quæ in secunda stipulatione fuit nominata, an per dilationem tertij pacti. Quidam scioli mentem & decisionem iuriskon. obtrudentes dinumerant hos denarios multiplicatis mensibus: sed parum ad rem facit istorum diligentia, habita enim decisione, & dissoluta difficultate

D

cultate

cultate cuius temporis mora inspiciatur, dinumeratio fiet denariorum, & si necessum fuerit Arithmeticus. *l. semel causaria. de re milit. lib. 12. C. Barto. in l. 1. ff. de ventre inspicien. Ange. Aret. in §. præterea. Instit. de rerum diuisione, in tertia parte.* Iureconsult. præmissa regula communi videlicet quod pacta quæ incontinenti fiunt inesse videntur, dicit idem esse in nostra specie facti, ac si creditor fuisset stipulatus tria pondo quolibet mense & adiecisset vsuras, si tardius dicta tria pondo soluta fuissent infert denarios duntaxat deberi pro primo mense, & eodem modo de lapsu secundi mensis, tertij, & reliquorum, vt scilicet vsuræ currant ex lapsu dilationis tertio pacto adiecto non debentur quindecim denarij pro lapsu dilationis adscriptæ secundo pacto, quia ex ea dilatione non constituitur debitor in mora, & vsuræ non debentur pro sorte quæ peti non potuit, & in qua non fuit mora contracta. In quarta parte trinas adducit rationes iuuantes causam creditoris quod imo debeantur quindecim denarij pro lapsu primi temporis 25. dierum in secunda stipulatione appositi. Partim quia tertio pacto simpliciter actum fuerit de sorte principali, & nihil de vsuris. Pactum autem super vna re non extenditur ad aliam rem. *l. si vnus. §. ante omnia. supra de pact.* ergo &c. Partim quoniam pactum nudum nihil nisi exceptionem producit, quare aut nullæ vsuræ petentur deficiente actione,  
aut

aut illæ quæ promissæ sunt statis temporibus  
in secunda stipulatione, scilicet vsurarum,  
ac si in tertio pacto fuisset nominatim facta  
quindecim denariorum stipulatio. In quinta  
parte Paul. respondet primæ rationi, quod  
licet pactum super vna re non extendatur ad  
aliam prorsus diuersam, bene tamen exten-  
ditur ad rem quæ consequenter priori pro-  
missa est. Sed cum vsuræ d. beantur ex tem-  
pore moræ & per vim tertij pacti dilata sit so-  
lutio sortis, comittentur vsuræ ex mora con-  
tracta per cursum tēporis tertio pacto adscri-  
pti secundam rationē aufert, qua dicebatur  
pactum nudum non producere actionem. Id  
verum regula: iter, at non sequitur quin vi il-  
lius pacti c. flet ipso iure vsurarum obligatio  
contracta. In secunda stipulatione, quia pa-  
ctum saltem producit exceptionem facit que  
ne mora committatur, cum illius occasione  
sors principalis peti non possit aliis tempori-  
bus quam eo comprehensis in §. parte respō-  
detur ob ectioni tacitæ. Dixerit quis, vsuras  
sine mora, valet enim conuentio, vt soluatur  
vsuræ pro singulis mensibus, interim lapsis, si  
die dicta non soluerō prout de fructibus dici  
solet, sed istud quando expresse ageretur, vt  
in l. qui Romæ. in principio. ff. de verb. obligat. l. cum  
quidam. §. ex locato. ff. de vsur. Sed in hac no-  
stra specie vsuræ non ex stipulatione simpli-  
citer sed propter moram debentur. h. d. † Iam §  
dubitant, an illud tertium pactum sit infor-

matium, an reformatium qua in re duæ variant opiniones, vna gloss. Bart. Ang. Alex. existimantium, informatium, & hæc videtur communis. Quam confirmant rationes. Prima quod pactum istud non sit appositum super essentialibus, ideo dici non potest reformatium. *d. l. iurisgentium. §. adeo. & l. nostra. in ultimo respons.* Altera, quoniam si pactum esset reformatium idem operaretur positum ex interuallo, quod in continenti prædict. II. Tamen in *d. l. lecta.* expendebatur regula, *qua in continenti fiunt &c.* ergo erit informatium. Tertia ratio quoniam pactum reformatium facit, vt nouus sit contractus, & à priore recessum sit *l. nostra. in fi.* Sed quis dixerit in *d. l. lecta.* recessum esse à priori obligatione, nisi qui vim legis non teneat. Altera opinio est Fulgosij, Pauli Castren. Ludouic. Roma. Ias. Pici, Alcia. defendentium esse reformatium his rationibus. Prima quod per pactum primus contractus non remaneat in prima forma. Imo inquit Ias. nemo non obtusi ingenij est, qui non videat primum contractum reformari per quem totum debitum primis Calend. peti poterat, sed pacto appposito primo mense peti possunt tria pondoduntaxat & tres denarij pro vsuris, ecce nouum contractum inquit, secunda ratio pactum informatium debet fieri in fauorem & utilitatem creditoris, cum actio debeat efficacior esse & amplior virtute dicti pacti informatium.

formatiui, d. §. *quinimo. glo. & Doct. ibi.* Sed istud pactum nocet creditori, quare informatiuum dici non potest. Tertia per pactum informatiuum actio debet competere ad aliud quam sine pacto competeret. *d. l. tenetur. §. i. cum similibus.* Sed hic non aliud quidem, sed nec ad totum idem agitur, ergo. Quarta pactum istud est appositum super die, vt clarum est. Sed dies est de substantia contractus. *l. i. §. editiones.* illis verbis, *nam dies solutionis sicut summa pars est stipulationis*, ergo est reformatiuum, per *l. nostram. in ultimo responso.* Quinta per illud pactum ipso iure restringitur illa actio qua tota summa Calendis peti poterat, quemadmodum quando fieret pactum de diminuendo pretio restringeretur emptio & venditio, ne petatur, nisi quod superest. Ex superioribus res dubitatione non careret. Sed quia de nomine tantum contenditur, hanc disputationem ociosis & quibus magna nominum cura sit, relinquendam putarem. Verum quia informatiui alius est effectus quam reformatiui † quid etiam in hoc articulo sentiam, accipe, placet nobis prima & communis opinio, vt scilicet pactum illud reformatiuum dici non possit, sed informatiuum per rationes priore loco deductas. Fateor tamen non sine ratione probabili, secundæ opinionis assertores fuisse lapsos: putabant enim per hoc verbum, *informari*, extendi & ampliari, significari quod supra aliter

declaravi, magnopere, videlicet non curan-  
 dum esse, an per pactū addatur primæ actio-  
 ni, an detrahatur: vbique enim datur noua  
 forma actioni, quæ x priore contracta ori-  
 tur, & quæ remanet in rerum natura, in quo  
 præcipue à reformatiuo, quod & renouati-  
 uum dicitur differt, quod facit actionem pri-  
 mam extinguī, & ex secundo contractu oriri.  
 Si enim fatentur illi per pactum informati-  
 uum informari actionem, cuius effectus au-  
 getur, cur etiam quando diminuetur, & re-  
 stringetur actionis efficacia, non dicitur in-  
 formari, posteaquam primus contractus ma-  
 net, ex quo nascitur: nam plus & minus non  
 faciunt specificam differentiam, imo verius,  
 aut facilius informat, quando vis actionis di-  
 minuitur, vt per §. *quinimo. infr. videbis in §. regu-  
 la coherentia*, & inte: im noster tex. est expres-  
 sus in verbo, *detrahunt aliquid*, quia in sola vlti-  
 ma parte loquitur de reformatiuo. Iam ve-  
 ro eorum sic diluantur rationes. Prima quo-  
 niam licet contractus primus non remaneat  
 in eadem forma non est hominis resupini  
 vocare informatiuum, imo etiam alterata  
 forma primi contractus, modo remaneat,  
 non potest alio nomine vocari, & tantum ab-  
 est, vt per pactum à primo recedatur, quin  
 potius tex. dicat pactum transferri in primum  
 contractum. dicitur enim, *pacta inesse videtur*,  
 & rursus. *perinde esse*, Si esset reformatiuum  
 perinde esset, ac si primus contractus factus  
 non

non esset. per l. nostram. in fin. per d. S. adeo. quod si in mentem Ialoni venisset obtuso fuisse ingenio Doctores minime indicassent. Ad hoc dissoluetur eorum ratio, si negaris pactum informatiuum debere fieri semper in fauorem creditoris: nam indistincte, quoquo modo pactum moderetur actionem & qualitatem illi adiiciat, siue ad maius, siue ad minus dicitur informare. si fit per debitorem creditori augebit, si per creditorem debitori, vt in l. lecta. diminuent. Sed quia actio ex primo contractu remanet in rerum natura, informatio est, non reformatio, non renouatio. quod proculdubio tam clarum est vt alia probatione non egeat. Tertiæ rationi non satisfeceris si cum illis dederis per pactum informatiuum ad aliud actionem competere, dixeris tamen id quod minus est, esse aliud quam si maius, quod si contendas eo quod maius est contineri minus & nõ ediuerso, dico nihil interesse: quoniam non longiore distant decem à quindecim, quam decem à quinque, inde fit vt in l. lecta. appposito pacto per debitorem quod solueret intra decem dies quinq; pondo, auctæ sint vsuræ ex mora per lapsum dilationis mutatæ. S. d. an actio daretur, an retentio, nihil ad institutum constru, notatur in l. quamuis. C. de vsur. Quartæ rationi responde, licet per pactum dies fuerit mutatus & sit pars stipulationis, non tamen est pars essentialis; sed accidentalis, quia sine



die stipulatio fieri posset, declarat Bart. in l. ita stipulatus. num. 2. ff. de verbor. obligat. & Ias. in d. §. editiones. Quintam d. folues, quod licet per pactum actio restringatur, non tamen tollitur, nec renouatur prima conuentio, & sic hæc ratio confirmat communem, cum in reformatiuo tollatur prima per l. nostram. in fin. vt supra dixi.

7 Reformatiuum pactum dicitur † quando per illud tollitur, renouaturq; prior contractus, fit tamen cum illo pacto secundus eiusdem speciei. vt in §. adeo. in l. nostra. in fi. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. vers. idem dicimus, supra, de pactis. De reformatione loquitur l. precipiunt. ff. de adilio edicto. l. 1. §. & cum triplici. C. de cad. tollen. Sed in alium vsu, quam pactorum. Istud reformatiuum vocatur etiam renouatiuum, vt in d. §. adeo his verbis, quasi renouatus contractus, & d. §. pactus ne peteret. ibi, posset renouare primum, & ponitur semper super aliquo ex substantialibus. vt l. nostra ad finem.

8 Transformatiuum dicitur † quo à primo contractu receditur celebraturque ex primo, simul & pacto alter, & numero, & specie diuersus. Hanc expositionem videtur probare. l. equissimum. §. sed sedium. ibi, sed neque dictas transformare, ff. de vsufruct. l. Titius. in fi. ff. de prescrip. verb. tamen Ias. in d. l. petens. dubitauerit. Primum exemplum huius transformatiui adduci solet ex l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. Alterū ex l. cum mansata §. si. inf. eo.

Ter-

Tertium ex l. 2. in principio. ff. si certum peta.  
Quartum à Deci. allatum quando scilicet fit  
nouatio. l. 1. ff. de nouatio. Quintum de Acqui-  
liana stipulatione per quam receditur à con-  
tractu iuristentim, vt deinde stipulatio tol-  
latur per acceptilationem. §. item per acceptila-  
tionem. Instit. quib. mod. tollitur. Sed hæc duo ex-  
empla Deci. nequaquam conueniunt, quia  
non est in his quæstio. de pacto nudo, noua-  
tio enim, & Acquiliana stipulatio, conuentio-  
nes vestitæ sunt, quia nominate. Adde quod  
in pacto transformatiuo debet ex primo con-  
tractu, & pacto simul alius contractus resul-  
tare. d. l. cum mansata. §. si. & d. l. 2. si certum peta.  
Ex hoc pacto transformatiuo duplex emer-  
git difficultas vna, quare per pactum irreuo-  
cabilitatis donatio causa mortis transforma-  
tur in donationem inter viuos, & pactum va-  
let. d. l. vbi ita donatur, & tamen in l. cum precario.  
ff. de preca. idem pactum, scilicet contra natu-  
rale intrinsecum non valet, nec transformat  
contractum. huic difficultati Barto. cui cæteri  
videntur assentiri, in illa l. vbi ita donatur. re-  
spondet idcirco sic fieri quod in l. vbi ita do-  
natur contractus primus erat eiusdem nomi-  
nis cum eo, in quem virtute pacti transfor-  
mabatur. Sed in l. cum precario primus con-  
tractus non erat eiusdem nominis cum illo  
in quem transformatio fieret, & cum in sym-  
bolisantibus facilius sit transitus. in l. rem. §.  
item quacunque. ff. de rei vendic. &c. Sed haud dū-

hic hoc responsum Bart. non omnem tollit  
 dubitationem quia longe maior est conue-  
 nientia inter precarium, & eum contractum  
 qui resultaret valido pacto, scilicet comoda-  
 tum per l. 1. & glo. ibi. ff. de preca. quam inter illas  
 duas donationes quæ licet nomē generi cum  
 donationis idem habeant, habent nihilomi-  
 nus diuersam appellationem specificam. vna  
 siquidem causa mortis, altera inter viuos nun-  
 cupatur. Præterea in l. cum manu facta. §. fin. pro-  
 pter pactum appositum contra naturale in-  
 trinsecum, emptio & venditio transforma-  
 tur, aut in locationem, aut in alium contra-  
 ctum diuersi nominis, & pactum valet. idem  
 docetur in d. l. 2. ad principium. ff. si cert. petat. ibi,  
 alioqui aut depositum, Quamobrem neque Bar.  
 neque Doctores apte responderunt. Altera  
 difficultas est circa illam l. cum manu facta. quis  
 contractus resultabit ex pacto transformati-  
 uo, vbi mirari nunquam desij, nec Iureconf.  
 nec interpretes ausos fuisse figere pedem, &  
 illud secundum contractum nominare. Tu er-  
 go ad vtrunq; sic respondeo. † quod ad pri-  
 mam pertinet hanc omnem regulam statue.  
 Pacto appposito contra naturalem effectum;  
 siue contra naturale intrinsecum (quod idem  
 est autore Bal. in d. l. cum manu facta.) desinit esse  
 talis contractus & ex illo simul cum pacto fit  
 alius diuersæ speciei, neque sis anxius quo no-  
 mine istum appelles, tex. in d. l. vbi ita. in d. l. cum  
 manu. in d. l. 2. Nec obest d. l. cum precario. quæ  
 malè

malè intellecta torfit interpretum animos: hic sine ratione vera, vel probabili distinguētis illa. ergo *l. cum precario.* non restringit nostram regulam sed propterea ibi pactum non vult, nec transformavit in commodatum, quia contrahatur super re aliena ita Accur. ibi declarat & rectissime. Nam si precario tibi concedo equum meum, deinde facio pactum ut eo utare ad certum usum, quis tam hebes fuerit, qui neget pactum valere? ego certe id neganti etiam Iuricons. fidem non haberem, in hi enim licet de re mea pro voto statuere. *l. sicut ab initio. C. de act. & oblig. l. in re mandata. C. manda.* quæ cum ita sint defende pactum appositum cōtra naturam precarij super re propria celebrari transformare, precarium in cōmodatum nō secus, ac pactum positum contra naturam mutui trāsformat in depositum, per *d. l. 2.* Restant adhuc tres scrupuli, vnus est quare potius in re aliena reprobatur pactum, quam in re propria. Sed huic mediocriter eruditus respond. bit legem cohibere quemque, de rebus alienis præter dominorum consensum disponere de re autem sua, ut libitum erit statuere permittit. *d. l. in re mandata.* Alter scrupulus est, si in *d. l. cum precario.* dicis contractum fuisse super re aliena. iã diuinabis quod genus intellectus reprobatur, *l. fin. C. de contrah. empt.* Sed responde nullã esse diuinationem, quãdo tex. exprimit. Sed quæso, quid sibi volūt verba illius *l. ibi, ut rē alienam inuito domino.* Si dixeris al. enam

alienam fuisse in eo qui utebatur, sed non in eo qui tradiderat precario, statim vinceris, quia tradens fecit pactum ne reuocaret, & si fuisset dominus, recipiens inuito domino non fuisset vsus, itaque verba illius l. non congruerent. Tertius scrupulus esset quænam tum esset dubitandi ratio. Sed dico potuisse dubitari, quia cum dominus rei permisisset mihi rem suam tibi precario dare, quia commodatum est precario si millimum. *l. i. illo titulo.* consequenter videbar tecum pacisci posse de non reuocando. *l. fin. ff. manda.* Respondet tamen Iureconsultus, non valere pactum à me adiectum, quoniam quando dominus permisit mihi tradere tibi precario, videbat ex natura precarij rem posse reponi quouis momento, at pacto valido secus, ex quibus te verum & nouum sensum l. cum precario. audiuisse existima. Secundæ dubitationi † quis scilicet contractus resultet. *in d. l. cum mansata. in fin.* Respondebis eum resultare, quo colligitur ex relatione pacti ad contractum & omnibus simul perspectis si reperiantur essentialia alicuius nominati, dicitur nominatus. *vt in d. l. vbi ita.* resultat donatio inter viuos. Quod si ex toto illo aggregato reperiantur duntaxat extrema, quibus conficitur contractus innominatus, dicitur contractus talis. Ideo Iureconsulti *in d. l. cum mansata. §. fin. & in d. l. 2. in principio. ff. si certum pet.* non figunt pedem, quia secundum qualitatem facti de quo in

quo in priore contractu, ad pactum relati-  
muntur formam & essentiam, aliquando no-  
minati, aliquando & cum *in d. §. fin.* non fuerit  
exemplificatum quid venderentur nec an vē-  
ditor teneatur solum ad tradendum an etiam  
ad dandum, ob id non potuit declarari esset  
ne locatio an innominatus contractus? Re-  
sponde igitur sciscitans, an factum ad quod  
venditor tenebatur sit locari solitum & erit  
cum pretio siue cum mercede contractus lo-  
cationis quod si non fuerit locari solitum erit  
innominatus do vt facias. *l. naturalis. §. at cum*  
*do. ff. de præscr. verb.* Conformatim † pacti ex-  
emplum adducit Deci. *ex cle. prima. de re iudic.*  
vbi tres sententiæ conformes demandantur  
executioni tametsi causa fuisset nulla. Sed  
eius generis exemplum his pactis parum con-  
gruit, idcirco vltra Deci. desume paulo con-  
uenientius *ex l. duo societatem. ff. pro soc. vbi sti-*  
*pulatio est conformis præcedenti contractui,*  
& illud idem continet vocatur que stipulatio  
coëqueva gloss. *in l. 1. ff. de præto. stipula.* Et licet  
stipulatio non sit pactum nudum, est tamen  
pactum glo. *in l. 1. ff. de actio. & obliga.* ita vtrun-  
que congruit. Conueniens tamen vndiquaq;  
exemplum nudi conformis probat. *l. si pacto*  
*quo pœnam. Cod. de pact.* vbi pactum continens  
pœnam est conforme stipulationi pœnali,  
quod præcedat sequaturve nihil refert, *d. l. pe-*  
*tens. d. l. 3. de adil. actio.* Sit & alium exemplum  
quoties pactum esset conforme & quod iure  
commu-

communi statuitur, nam tum hæc conformitas prodest ei cum quo paciscimur. *Inf. ad l. donaturus. in tertia annotatione. ff. de condic. et caus. & iterum ad l. si quis sic. in principio. ff. de condic. indeb. probat l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. dotalib. vide Ludc. Roman. singul. 52.* ex quo disces, num sit aliqua huius conformis pacti utilitas, quod posset quis, sed parum latine conformatiuum vocare. Deformatiuum † quod rectius deforme vocabis pactum, exemplis declarat Deci. *sumptus ex cap. fin. extra, de corpo. vitia. ca. presbyterum. de cleric. agrotan. vbi deformitas clerici consideratur. ex l. 2. §. si quis nemine. l. fina. ff. ne quid in loc. public. per hæc verba, ne vrbs deformetur, ex l. 2. Cod. de adific. priua. ibi, deformetur aspectus, & ex l. presidis ibi, deformitati auxilium ferat, Verum hæc exempla minime. de pact. loquuntur. Huius igitur pacti exempla petes accommodatiora *ex cap. ad nostram. de emptio. & vend. vbi pactum de retrovend. deformauit & deturpauit contractam emptionis, vt censcatur vsurarius, aut certe in fraudem vsurarum factus: ex cap. cum cleric. extra, de pact. vbi pactum de soluenda maiore pensione deformauit titulum beneficij, vt ecclesia carere debeat. Itē ex pacto de quota litis, vt sic dicam doctrinae causa, quo deformatur constitutio procuratoris, vt ab agendo repellatur. l. licet. Cod. de procura. l. sumptus. ff. de pact. his ad iuce cap. fin. extra, de condic. apposi. in quo pactum lædens**

pudo.

pudorem matrimonij deformat matrimonium, poteris & alia permulta seligere exempla, tum ex titulo de symo. tum ex titul. de vsur. vbi conuentiones non solum reprobantur, sed alios actus quibus cohærent, insi- ciunt, quo fit vt bono iure deformatiua aut rectius deformatia nuncupentur. Resolutiuum illud est † quo resoluitur prior contractus & ab eo receditur omnino, nec resultat alius ex priore contractus, & pacto simul coniunctis. Differt itaque ab informatiuo per quod prior contractus non tollitur nec infirmatur, & à transformatiuo. Item à reformatiuo quibus ex priore contractu & pacto coniunctis re- manet aliquis contractus aut numero alius, aut specie resoluitiui, exempla collige *ex l. ab emptione. ff. de pact. ex l. 1. & 2. quando liceat ab empt. discedere. ex l. 2. Cod. de pact. inter empto. ex rubric. de l. commiss. vbi pactum hoc si ad diem præscriptum non fuerit solutum pretium, res sit inempta, efficit vt resoluatur venditio. l. 1. illo titulo ibi, resolui emptio, item ex rubric. de in diem additio. præsertim ex l. 2. ibi, sub conditio- ne resoluitur, & ex l. 3. supra eo. ibi, sed resolui em- ptiorem sub conditione, Ex quibus ita exposi- tis horum pactorum differentias ita colli- ge informatiuum super adminiculis, qua- lia sunt accidentalia & naturalia extrinseca, & remanet prima actio, licet alterius virtu- tis & efficaciz in reformatiuo agitur de ali- quo ex substantialibus, & tollitur prior  
contra-*



contractus remanente secundo eiusdem tamen speciei. In transformatiuo agitur de naturali intrinseco, aut si maui ponitur contra naturalem effectum, sublato etiam priore, sed remanente secundo. Alterius tamen speciei. In resolutiuo agitur de toto contractu & ab illo receditur, aut statim post pactum, aut in euentum conditionis, ea si adiecta fueris, ut nullius tamen resultat alius. Reliqua duo ex prædictis satis tibi erunt perspicua.




## C A P V T I I

SVMMA EORVM QVÆ AD INTERPRETATIONEM LITERÆ l. pacta conuenta. conducere nobis visa sunt.

### S V M M A R I A.

- 1 *Venditor quomodo ad euictionem obligatur.*
- 2 *Casus ad literam, & facti species narrantur.*
- 3 *Ruta & cesa quid significant.*
- 4 *Ex litera l. tres eliciuntur conclusiones, quarum singula suo loco.*
- 5 *Conciliatur l. lecta. cum l. pacta conuenta.*

Hanc



**H**ANC l. pacta conuenta. scitu dignissimam in duas partes diuidi posse cōmode animaduerti. Prima docetur quam vim habeat pactum nudum, postea

appositum super adminiculo, hoc est accidentalibus aut naturalibus extrinsecis contractus. Altera quam vim habeat pactum ex intervallo essentialibus adiectum, quæ vt intelligeres fidelius Papiniani orationem oculis subiici.

**P**ACTA conuenta, quæ postea facta detrahunt aliquid emptioni, contineri contractu videntur, quæ verò adijciunt credimus non inesse. Quod locum habet in his, quæ adminicula sunt emptionis, veluti ne cautio duplex præstetur, quo quidem casu agente emptore non valet pactum, idem vires habebit iure exceptionis agente venditore. An idem dici possit aucto vel diminuto pretio, non immerito quæsitum est, quoniam emptionis substantia consistit ex pretio. Paul. notat, si omnibus integris manentibus de augendo, vel diminuendo pretio rursus cōuenit, recessum à priore contractu, & novam emptionem intercessisse videri.

E

Ante-

**A**Ntequam effingamus speciem, præscire oportet ad intelligendam literam ex natura emptionis & venditionis † venditorem teneri de euictione, & si vendatur res pretiosa, venditorem debere cauere de duplo. *l. emptori. ff. de euictio.* cum enim pretiosa res est, & talis in quam emptor affectionem habeat, usu venire solet, ut eam pluris sæpe emat, quam & re ipsa valeat, atque ideo cautius providendum par fuit. Ob id tamen non tenetur venditor de euictione cum fideiussore. *l. illud. ff. de euictio.* unde quando agitur, ut venditor non teneatur de euictione, detrahitur cōtractui. quando vero agitur, ut pro euictione fideiussor detur, contractui adijcitur. His ita præmissis, sic effinge casum. † Vendidi tibi hortos amœnos pretio centum ducatorum, pacisceris mecum ex interuallo ne præstem duplæ cautionem, postea vero agis de euictione, mihi alleganti pactum, respondes factum fuisse ex interuallo, quæstionis est, quam vim habeat. Respondet Papi. illud pactum, quod detrahit ex interuallo positum tantam vim habere, ac si contineretur contractui, hoc est, ac si in continenti factum fuisset. Sed pone pactum fuisse adiectum postea, quo aliquid emptioni adijciatur, quia forte ipse venditor pactus summe daturum fideiussorem pro euictione, aut promisi ire Romam. Iam agere volebas ex illo pacto, dubitabatur an tale pactum videatur etiam contractui contineri: & illi inesse, hoc est,

ho est, an tantum vim habeat, quantum si  
continenti fuisset appositum? Respond. Papi.  
his verbis, *credimus non inesse*, Et hæc quæ d. cta  
sunt inquit, locum habent in adminiculis,  
quæ scilicet nõ sunt de substantia contractus,  
nec de naturalibus intrinsicis. Exẽplum pri-  
mæ regulæ est, ne cautio duplæ præstetur, se-  
cundæ, vt caueam cum fideiussore vt eam  
Romam, sed hoc vltimum pactum non habet  
vim ad agendum, si fortasse emptor vellet me  
cogi ad dādum fideiussorem de euictione, aut  
ad eundem Romam, quanquam profuturum  
esset emptori ad excipiendum. Pone enim me  
venditorem petere pretium abs te emptore, v-  
tique respondebis te non satisficturum, nisi  
pactum obseruem, & dem fideiussorem pro  
euictione, aut eam pro te Romam. Et hæc de  
prima parte l. dicta sint. Iam de altera sit di-  
cendum post peractam emptionem, actum  
est de pretio diminuendo, vel augendo, & sic  
pactum apponitur ex interuallo super substā-  
tialibus, an eodem modo distinguemus, au-  
geat pactum, an diminuat, vt in principio. Et  
Papi. respondet Paul. notare, hoc est, non abs-  
que causa decidere, non est disting. endum,  
imo vero indistincte illud pactum reformat  
primum cōtractum, à quo receditur, & actio  
nascitur solum ex secūdo. Siquidem tempore  
pacti integra omnia fuissent, vtpote, quia nec  
pretiū per emptorem datum fuit, nec res per  
venditorem tradita. Si enim prima conuentio

fuiſſet effectum ſor. ita, non vique poſſet ab illa recedi. *l. ab emptione. ff. de pact. l. 2. ff. de reſcind. vend. h. d.* Alberic. Bald. Salic. pluribus inſiſtunt verbis literæ explicandis, tu ſi lubet illos conſule. Accur. ad verbum, agente, rutorum & cæſorum meminit: vt in *l. fundi. §. ſi ruta. infr. de act. empt.* vbi Bude. annotat complures latinorum ſcriptorum locos, quibus ſane nō egebamus, in quibus de rutis & cæſis mentio habetur. quid tamen hæc verba ſignificent, locos indi-  
 3 caſſe contentus prætermiſit. † Ruta igitur & cæſa, voces ſunt neutrius generis. Ruta ſignificant eruta, ſiue euulſa à loco ſuo in viſceribus terræ exiſtente, vt arena, creta, lapides, & id genus, quæ iam extracta erant, & à ſuo naturali loco ſeparata. Cæſa vero ſignificant ea, quæ in ſuperficie terræ locantur, ſi modo fuerunt ſecta, & à naturali loco ſemota, vt arbores, vites, carbones, & reliqua id genus. Quæ omnia nondum exportata in fundi venditione continentur, cum illi hæreat, niſi fortaffe ea excipi placuiſſet. Quod ſi dubites, an pars fundi dicantur, cū à ſolo fuerint ſeparata ſcito ob id, quod adhuc in prædio erant, inſtar fructuum vendita cenſeri. Ex hac l. tres colliguntur concluſiones. Prima † *pactum nudum ex intervallo appoſitum ſuper adminiculis cōtractus (quæ ſepe dixi eſſe aut accidentalialia aut naturalia extrinſeca) diminuendis in eſſe videtur, & idem operatur, quod ſi incontinenti appoſitum foret, ratio decidendi eſt, quoniam cum diminuatur vis contractus, &*  
 4  
 illi de-

illi detrahatur pactum nulli alteri deseruire potest, quam vt excipiat, nam tendit ad liberandum, & cum pactum etiam solum eam excipiendi vim habeat. d. §. igitur nuda. & supr. diximus. in 2. prefatione, nihil refert incontinenti an ex interuallo apponatur. non enim eget aliquo vel coherenti vestimento, vt producat exceptionis effectus. Aduersus hanc conclusionem opponitur imprimis hæc ratio: refert apponatur nec ne incontinenti pactum, quod auget, & addit, vt in secunda conclusione dicitur, ergo quandoque diminuit & detrahit. Cum nulla diuersitatis ratio reddi possit: præsertim si hæc nostra opinio vera est, vtrunque videlicet pactum informatiuum esse, siue auget, siue detrahat. Secundo obijcietur. l. lecta. ff. si cert. pet. in qua pactum tertium detrahebat, nihilominus tamen Iure consul. ex eo quod pactum incontinenti factum sit, decidendi occasionem sumpsit, dum ait, dicebam que incontinenti, quod haud dubie dici non posset, si tantam vim ex interuallo positam habuisset. Tertio quod imo pactum, quod ad excipiendum fit, valentius sit ex continenti factum quam postea: quia dum incontinenti, actio nascitur ad tolleendam obligationem. l. quod mihi. ff. de liber. leg. quæ non oriretur pacto postea appposito. d. §. igitur. nuda harum dubitationum prima mox dissoluetur in secunda conclusione. † Alteram diluit ex mente Bart. in d. l. lecta, s. respondentis, pactum illud tertium non solum

ad excipiendum prodesse, sed etiam ad agendum, nam in vim illius potuisset creditor et a pondo petere. Quod si adiectum fuisset pactum ne tria, neve alia quantitas peteretur, tunc ad liberandum simpliciter factum diceretur, & coherentia quod scilicet incontinenti fieret, nihil prodesset, ut hic. Sed hæc dissolutio licet cæteris placuerit, nostrum tamen non explet animum. Nam præcipua decisio illius *l. lecta*. consistebat in viribus excipiendi, & agi satis poterat ex priore contractu, nisi obfuisse exceptio pacti. Quare respondeo per eam *l. lecta*. hanc nostram conclusionem primam limitari, quod fusius ostendam infra in tertia regula, coherentie. Tertia ratio tollitur ex his quæ infra dicentur in *6. parte gloss. magna*. Altera conclusio quæ ex hac lege colligitur hæc est. Pactum nudum ex intervallo super adimniculis augendis appositum non censetur inesse, hoc est non tantam vim habet, quantam si inesset, & incontinenti apponeretur. Ideo ait Papi. *credimus non inesse*, Ratio huius est, quoniam cum apponatur ex intervallo non producit actionem, cum nudum remaneat nulloq; modo vestiatur, vade ait Iurecons. *emptore agente non valet pactum*, quod si in continenti appositum fuisset, tendens ad augendum ad hoc, scilicet ut daretur fideiussor de euictione, ut iretur Romam, ut codex scriberetur: quia non remansisset nudum, imo contractus coherentia vestitum fuisset. *l. iurisgentium. §. quinimo. sup. de pact.*

*de pact. l. in bona fidei. C. de pact.* Porro si quæfieri-  
ris, cur non in prima conclusione, vt in hac  
consideretur coherentia, Causam hanc esse  
intelliges, quia in illa pactum ad Diminuendum  
fiebatur, cui ff. etui non est opus actione, sed  
exceptio sufficit. In hac vero pactum fit ad au-  
gendum, quod augmentum alter absq; actio-  
nis remedio non obtinuisset, quæ sine cohæ-  
rentia non datur ex pacto. Et hoc modo satis-  
factum est primæ rationi dubitandi in primam  
conclusionem deductæ. Tertia conclusio, pa-  
ctum appositum super substantialibus vt exempli  
gratia super pretio siue augendo siue diminuendo,  
tantum operatur ex interuallo, quantum si inconti-  
nenti. Idem deciditur in d. l. iurisgentium. §. adeo.  
supr. de pact. Et huius ratio est, quoniam siue augea-  
tur, siue minuatur pretium re integra, istud pactum  
non remanet nudum, neque eget vestimento coha-  
rentia. habet enim vestem pretiosiore[m] se-  
cundum gloss. & Doct. scilicet vestimentum  
consensus. cum enim adsunt omnia quæ per-  
tinent ad emptionem & vëditionem, erit em-  
ptio noua pro pretio isto siue aucto siue di-  
minuto, in quo partes consentiunt, quia con-  
tractus consensu celebratur. §. i. Inst. de oblig. que  
ex consen. nos tamen post Bart. in d. §. quimimo.  
nullam facimus mentionem de vestimento  
consensus, cum in omni contractu requira-  
tur. Sed quia ex nostro pacto, si cum præcedē-  
ti iungatur, resultat secundus contractus eius-  
dem speciei, & nominis, sicque adest, si Bart.



credamus, vestimentum nominis aut meo iudicio vestitus nascitur, ex se satis firmus & potens est, & ideo non eget coherencia, inde fit, vt glo. in §. p. perperam distinguar, an incontinenti, a. ex interuallo super essentialibus, &c. vtibi plenius. Ea sunt numero tria, quæ ex text. annotauimus, super quibus allegatur efficacia vestimenti, quod fit per coherentiam. Quocirco plene septem regulis sequentibus pertractanda est coherentiæ materia.

---

**HÆC TRIBVS PRIMIS REGVLIS coherentiæ continentur.**

**S V M M A R I A.**

1. *Pactum resolutiuum non capit vim à coherencia.*
2. *Pactum legis commissoriae coherencia in pignoribus vitiatur.*
3. *Gratia redemptiua vtilior fit per coherentiam.*
4. *Pactum reformatiuum coherencia non adiuuatur.*
5. *Transformatiuum pactum nihil iuuat coherencia.*
6. *Coherencia nihil potest regulariter quando super adminiculis minuendis pactum fit.*
7. *Protest quadrifariam coherencia pacto, quod detrahit.*
8. *Vtilitas coherentiæ in l. lecta.*

Prima

**P**Rima regula est hæc. † Quando pactum<sup>1</sup> toti contractui resoluenda (quod genus pacti supra vocauimus resolutiuum) apponitur, coherencia pactum nihil iuuat, imo tantum operatur adiectum ex interuallo quantum incontinenti, *l. iurisgentimm. §. adeo l. ab emptione. supra, de pactis.* Cum enim tendat simpliciter ad tollendam obligationem ortam ex præcedenti contractu, effectum exceptionis tantum producit, cui non est necessarium vestimentum, inde fit, vt nihil intersit, an pactum additionis in diem post venditionem fiat incontinenti, an ex interuallo. Idem iudica de pacto legis commissoria, siquidem venditioni accedat. † At longe<sup>2</sup> diuersum erit, si pignori, nam incontinenti factum inutile est *l. quamuis. ff. de solutio. l. 3. Cod. de pactis pignor. sin ex interuallo, valet. l. Titius. ff. de pignor. actio.* Guid. Pap. in 6. decisione. limitatur regula, quando primus contractus fuisset sortitus effectum, & res integra esse debisset, tunc enim plurimum coherencia prodest, nempe, vt ad parandam actionē vestiatur, per solam enim exceptionem venditor rem semel traditam non recuperaret, hoc innuit Papi. in si. per hæc verba, omnibus integris, innuit etiam *d. l. ab emptione. l. 2. infr. de rescindend. vendit.* quas ll. eo sensu intellexit Accur. in *l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* † An<sup>3</sup> tequam ergo in vim gratiæ redemptiæ, quã pactū de retrouenderendo vocant, emptor re-

uendere teneatur, oportuit pactum vestiri, atque eam ob rem coherentia fuit opus. Sed si forte quis opinetur pactum contractuum primo coherentere non posse, cum primus tollatur in vim pacti, ut sequenti regula dicitur. Existimet, non statim tolli primum illud contractum, imo sæpe in euentum conditionis resolui, & quãdiu stat robur dare pacto potuisse, cuius virtus, etsi contractus exspiret, non extinguitur. *l. sed Celsus. §. 1. supra eodem.* Regula secunda. Quando pactum nudum fit super essentialibus (quod genus pacti supra vocauimus reformatiuum) coherentia nihil operatur, † imo non maius habet robur incontinenti, quam ex interuallo factum. Probat nostra. *l. in ultimo respons. & d. §. adeo.* hanc regulam declarauimus supra. *in 3. conclusione text. & exponam plenius in quinta parte gloss.* Sed quid de transformatiuo, quando scilicet pactum apponitur contra naturalia intrinseca † arbitrarij dem esse iudicium, cum naturalia hæc assimilia sint essentialibus, ut supra diximus *in 4. prefatione.* Insuper hic coherentia ad primum contractum considerari non possit, cum statim recedatur ab eo, ita fit, ut si per pactum transformatiuum resultet contractus innominatus, requiratur interuentus rei ad actionis productionem, cum coherentia nihil possit. Tertia regula, † quando pactum nudum fit ad diminuendam vim contractus siue super accidentalibus siue super naturalibus extrin-

extrinsecis, cohærentia nihil operatur: text. hic in prima conclusione, & in d. l. iurisdictionum. §. ut puta. in fin. hæc regula satis superque declaratur in prima conclusione text. vbi dicebam solam exceptionem ex tali pacto nasci, cui vestimento opus non est. hanc tamen velim intelligas quo ad effectum pacti. Sed prodest cohærentia interdum, si qualitatem effectus perspicias. illa enim exceptio sæpenumero maioris est virtutis & efficaciam, quando pactum adiicitur ex continenti, quam si ex intervallo. † Primum, quia non est opponenda 7 exceptio, deinde quia non est illius probatio necessaria, mero etenim iure competit ei, cui pactum factum est. Nam creditor producens & allegans contractum (cum pactum illud sit pars illius) fidem de pacto facit, autore Bart. in d. l. lecta. n. ii. exceptio enim pacti quod inest, eligit obligationem civilem, & actionem mero iure etiam absq; vlla oppositione impedit, teste eodem Bart. in d. l. si vnus. §. pact. ne peteret. n. 9. Conuenientior tamen est l. nec ex pratorio. ibi, & ipso iure & per pacti conuenti exceptionem, ff. de reg. iur. Tertio virtus pacti cohærentis facit, ne mora ipsa committatur, proinde ne vsuræ debeantur, pro pecunia, quæ pacto impediente peti non poterat. hoc sentit Iurecōs. in d. l. lecta. ibi, non enim in mora est is, idcirco Alcia circa principium eius l. eleganter ait, pactum incontinenti appositum ipso iure actionem refringere, quod si ex intervallo

uallo factum sit, est proponendi, probanda-  
que exceptio, nec impeditur moræ commis-  
sio, nec effectus actionis. Fateor tamen effe-  
ctum moræ, aut actionis, si tandem pactum  
deducatur, & probetur, parum obesse debi-  
tori: † unde fit, vt coherentia de qua in d. l. le-  
cta, qua dicitur, *dicebam qua in continenti sunt,*  
vtilis sit tantum ad supplendam debitoris  
negligentiam. Quarto virtus exceptionis  
coherente pacto diminuenta maior est re-  
spectu tertij, vt Paul. a Castro recte docet in  
d. l. petens. num. 5.

## HÆC QUARTA REGULA CO- herentia complectitur.

### S V M M A R I A.

- 1 *Pactum super adminiculis augendis efficacius est per coherentiam.*
- 2 *Rationes quibus coherentia virtus ostenditur.*
- 3 *Iura quibus ex coherentia, & coniunctione actus sunt efficaciores.*
- 4 *Leges aliquot quibus coherentia noceat actibus.*
- 5 *Interuallum, & temporis cursum actibus prodesse.*

**R**egula quarta, † Quando pactum  
 dum apponitur super accidentalibus,  
 aut naturalibus extrinsecis augendis, cohæ-  
 rentia magnam vim habet, nec pactum po-  
 stea factum est tam efficax quam quod incō-  
 tinenti, probat hanc regulam secunda con-  
 clusio nostri text. & *Liurifgentium. §. quinimo &*  
*§. sequenti supra, de pact.* Quid autem illa cohæ-  
 rentia, coniunctio, seu proximitas contractus  
 efficiat, dicam sequentibus regulis. Interim  
 tacenda est ratio, cur cohærentia profit p-  
 cto nudo. † Ea autem multiplex constitui so-  
 ler. Vna, quoniam pactum dum cohæret, in-  
 est contractui. *d. §. quinimo. d. §. vt pacta. d. l. lecta.*  
 estque pars contractus. *l. fundi partem. infr. co-*  
*dem.* Sed frigida satis est hæc ratio. Quis eni  
 dicat pretium, quod sane pars contractus  
 est, efficaciam habere, de qua contendimus.  
 Altera dici poterit ratio, quod tunc contra-  
 ctus principalis extenditur, ad ea quæ fiunt  
 iuxta contractum. Sed hoc in contractu bo-  
 næ fidei duntaxat locum haberet, non in stri-  
 cti iuris. *l. quicquid adstringenda. ff. de verb obligat.*  
 Melior ergo ratio videbitur, quod animus  
 contrahentium non solum id quod est in  
 principali contractu, deliberate inspicit, sed  
 applicatur accessionibus immediatis, de qui-  
 bus etiam agitur: vt *d. l. nec ex pratorio. in fi. ff. de*  
*reg iur.* Atque istud est quod Doctores dicunt  
 quod quando pactum nudum fit inconti-  
 nenti, calefit, & vt frigiditas naturalis non  
 obsit,

obit, cooperitur pro alio & vestimento contractus, cui cohæret, continuata contrahentium deliberatione, quod facile comprobatur Iuriscons. responsis, † quibus recipitur actus ex continenti factus, ex intervallo autem improbatur, nec vanum fuerit, quindecim ll. idem confirmare. & in primis *l. aliud. ff. de soluto. de qua Ias. in l. 3. §. item Iulianus ff. de eo quod certo loc. facit l. vt vim. ff. de iustic. & iur. l. 1. Cod. vnde vi. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armat. Accedat l. si. ff. de liber caus. item l. quod ait. §. si. ff. ad l. Iuliam de adulter. facit insuper l. quoties. ff. solut. matrim. adiuuat. & l. si quis ex versic. quod ita, ff. de incend. ruina. odem accedat l. penultima. Cod. de reb. cred. & iureiur. & ibi Accur. ad verbum, definitiua, Adde insuper l. non ad ea. ff. de cond. & demonstrat. & item adde l. duos. §. si. de duob. reis. non omittas. l. primam. §. 1. l. continuus. ff. de verbor. obligat. Bene facit etiam l. heredes palam. §. si. & l. cum antiquitas. de testament. his ll. adde quod si pupillaris substitutio fiat incontinenti iuxta paternum testamentum, præcedat sequaturve, nihil interest; secus tamen si ex intervallo fieret. l. 2. §. prius. ff. de vulg. præsertim. si Bald. & Paul. à Castr. credamus. † Sed iam audi, quæ ex diametro pugnare cum superioribus videntur, vt quibus scilicet actus postea factus firmus sit. Et in primis *l. si ventri. ff. de priuileg. credi. Bart. in l. post contractum. ff. de dona. num. 8. l. si mulier. in 2. C. ad Velleian. adde l. quamuis coniuncta. l. Titius. ff. de pignor. action. facit l. 2. C.**

*l. 2. Cod. de eo quod metus caus.* vbi ad actum  
 cohærentem vsque perdurat causa metus,  
 cui addi possunt quæ Francif. Rip. tradit *in l.*  
*nemo num. 72. ff. de lega. 1. huc pertinet. cap. offi-*  
*cij. de electio. extra. pertinet item ca. si quis viuenti.*  
*31. quæst. 1. vbi ex proprietate inducitur adul-*  
*terij suspicio. At vero in vnoquoque horum*  
*subest specialis quædam ratio, cur interual-*  
*lum profir, & obsit cohærentia. Nam in l. si*  
*ventri. præsumitur fraus ex cohærentia, vt in*  
*d. l. post contractum. Bart. docet, Ad hoc nostro*  
*casu præsumitur continuata animi delibera-*  
*tio in d. l. si mulier. propter repetitionem e-*  
*iusdem actus, & temporis cursum mulieris a-*  
*nimus maturescit, contra quosdam qui dixe-*  
*runt impæditatum mulieris consilium*  
*melius. at in nostro casu propter interual-*  
*lum cessare videtur deliberatio contrahen-*  
*tis in d. l. Titius. apparebat propter interuallum*  
*spontanea debitoris voluntas qui si nondum*  
*recepta pecunia pactus fuisset necessitate*  
*quadam illius habendæ pactus videretur in l.*  
*2. de eo q. met. causa. C. Dico idem ex interuallo*  
*durante causa metus, aut suspicione, autore*  
*Barto. in ea l. 2. quod prosequitur Dec. in regula*  
*in omnibus causis num. 12. ff. de reg. iur. Minus ob-*  
*est cap. officij. quia in specie illius ex temporis*  
*cursum & interuallo fuisset acquisita per ele-*  
*ctum industria, quia facit experientia cautos:*  
*in d. c. si quis viuenti. responde vt in 1. fundamē-*  
*to dissoluendo dixi. Sed & alia præter allegata*  
 repe-



reperies iura, quæ probant actum longo interuallo, & cursu temporis perfici vt l. *sanctimus. C. de test. l. 3 ff. de vsu. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quorid. & æstiu. c. cum dilectus. de consu. quorum tamen ratio longe distat à materia nostræ regulæ.*

---

SUMMA EORVM QVÆ  
 quinta regula ex-  
 pliatur.

SUMMARI A.

- 1 Per coherentiam pactum aliqui nudum vestitur.
- 2 Declaratur. §. quinimo. l. iurisdictionum. supra de pact.
- 3 Pactum de succedendo per consuetudinem Francie, an approbetur, si ex interuallo fiat.
- 4 Ampliatur regula hæc quinta, quinque modis.
- 5 Eadem quinque casibus limitatur.
- 6 Coherentia innominati contractus etiam vestiti non iuuatur pactum nudum.
- 7 Fide iubens etiam incontinenti iuxta contractum principalem non obligatur pacto nudo.
- 8 Accessorium etiam dignius non confirmat principale.

**Q**uinta regula † pactum nudum ad obli-  
 gandum ( de hoc enim in posterum a-  
 getur ) factum incontinenti iuxta contra-  
 ctum ipsius contractus coherentia vestitur,  
 minuitur, fulcitur, & adiuuatur. Et inter alia  
 vestimenta pacti nudi istud est frequentius,  
 de quo agitur in illa l. iurisgentium. §. quinimo.  
 † Cuius. §. literam sic exponito: responde-  
 rat Vlpian. in §. igitur nuda. pacto nudo ne-  
 quaquam produci obligationem, neque ta-  
 men ob id inutile eius generis pactum fore,  
 quoniam exceptionem parit. Deinde sub-  
 iunxit versiculum, *quinimo*, præter effectum  
 exceptionis aliquando actioni pactum pro-  
 dedisse, actionem formare, informare, seu a-  
 liam formam illi præbere placet, vt scilicet ad  
 plus, minusve competat. Exemplo illi sunt,  
 contractus bonæ fidei, quibus dicere sole-  
 mus pacta conuenta inesse, siquidem incon-  
 tinenti fiant, *etiam*, inquit, *ex parte actoris*, quæ  
 verba diligentissime expendas velim aduer-  
 sus opinionem Doctorum prædicantium in-  
 formare esse ampliare, extendere; Nam hæc  
 vox, *etiam*, implcat casum dubium magis, A-  
 lex. in consilio 116. num. 15. 2. volum. Ias. ad l. cum  
 antiquioribus. 1. notabili. Cod. de iure deliberand.  
 Ideoque pactum ex parte debitoris appoli-  
 tum quo diminuatur aliquid à contractu, fa-  
 cilius informabit vt in l. lecta. probari quoq; vi-  
 detur. Quod si inquit, ex interuallo pactum  
 pro actore poneretur, nihil valeret. Certa e-

nim est regula, ex pacto nudo actionem nõ dari. Et consequenter in versic. *vi puta*, exempla sua, quibus pactum appositum ex interuallo non vestiatur, sed duntaxat quando in ingressu vel egressu fieret, id est incontinenti per rationes allegatas supra, in quarta regula.

3 † Quo fit, vt pactum de succedendo vniuersaliter, quod per consuetudinem Franciæ, *f. cõ* in contractu matrimonij contra ius commune recipitur, non valeat irreuocabilem, si id post contractum interuallo fiat, & ita consultus respond. *in ii. respons. secundi tomi*. Hoc vestimentum coherentiæ confirmat. *l. in bonæ fidei. Cod. de pact. ita demum*, inquit, ex pacto nudo

4 actionem dari, si incontinenti, † Ampliatur regula prima, etiam si pactum contractui stricti iuris cohereat. *l. petens. Cod. de pact.* Hæc ampliatio subobscura postea reddetur aperiior, & verus sensus *l. petens*, ostendetur. 2. vt pactum vestiatur et si vsuræ pacto nudo promitterentur. *l. initio. Cod. de pact. inter empto & vendit. l. cum quidam. §. ex locato. ff. de vsur.* Sed hæc ampliatio hodie haud multum profutura est, vt dices *in 6. regula*. 3. licet principalis contractus conditionalis sit, *l. si in venditione. ff. de pericul. & commo. rei ven. ex. 7. regula* plenius intelliges. 4. vestiatur pactum etiam si quod agit, sit quasi contractus. *d. l. iurisdictionum. §. reputa. in 2. exemplo*. Postremo etiam si ab eo contractu recederetur à cuius coherentiæ pactum robur accepisset. *las. & Dec. in d. l. petens.*

*in fi.*

*an. si. probat. l. sed Celsus. §. 1. supra eo. vbi alluditur ad quaestionem. Contractus iuramento semel confirmatus est, impetratur deinceps iusiurandi solutio seu dispensatio, an contractus efficaciter remaneat. Quod Sozi. pulchre ostendit in l. haec scriptura. nu. 3. ff. de cond. & demonstra. Felinus in ca. 1. num. 26. de iure iuran. sed ij multa omiserunt necessaria vt suo loco ostendemus. † Regula nostra limitatur 7. quoties contractus fuerit innominatus siue respectiuus, siue non, cum ipse nullarum sit virium, quo pacto illi coherenti praerberet. ca. Daybertum 1. quest. 7. † Neque refert, siue ille innominatus al qua causa fulcitus, vt fortasse rei interuentu. nam ne tunc quidem adhuc adiuvat pactum; quoniam licet vim habeat, ea tamen est accidentalis; & aliunde acquisita quam communicare alteri nequit. l. à iudice Cod. de iudic. 2. limitatur quando pactum hoc nudum non sit et à contrahentibus ipsis. sed à tertio quodam contrahentium. l. si tibi. & gloss. vltima. C. loca. l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. & ibi Bart. Inde fit, † vt si fideiussor absque stipulatione vel incontinenti promittat non obligetur. l. blanditus. Cod. de fideiussor. Ias. in d. §. quimmo. in 5. limitatione. Quod singulariter annotauit Fancisc. de Crema. in singul. 108. Tertio restringere regulam, quando pactum nudum idem contineret quod principalis contractus arg. l. qui bis idem. ff. de verb. obl. etiam si fortasse vtile foret, vt quia principalis con-*

ditione suspenderetur, potius à conditione recessum intelligeretur, quam dicatur pactum fulciri auto. Bart. in d. l. lecta. sub num. 24. cui cæteri consentiunt. Limitabis præterea quando pactum nudum esset principale: contractus vero nominatus cohærens accessorius, *l. si pacto quo pœnam. C. de pact.* non enim confirmatur, neque fulcitur per accessorium principale. Sed eduerso. *l. ex pupillari. ff. de vulg. l. quod ad manus. ff. de iure codicill.* Imo minus dignum principale trahit ad se maius dignum accessorium. *§. si tamen. Inst. de rerum diuisione. cap. ex literis & Panor. ibi. extra, de iure patro.* Ultimo restringe, quando contractu vnus duntaxat obligatur, & pactum fieret per creditorem ad debitoris commodum, tunc enim pactum nudum non iuuatur contra eum cuius solius gratia contractus principalis initus est. Sic & Ias. docuerat in d. *§. quinimo. num. 5.* Notandæ tibi sunt commemoratæ limitationes, in quibus, cum pactum non vestiatur, non potest aut veterem informare, aut nouam producere actionem. Sed remanet in mera nudi

pacti natura nulla cohæren-

tia adiutum

SVM-

SVMMA AD SEXTAM

Regulam.

S V M M A R I A.

- 1 *Pactum coherentia fulcitum veterem actionem format.*
- 2 *An vis informatiua in contractum stricti iuris cadat.*
- 3 *l. petens. vero sensu declaratur contra neotericos.*
- 4 *Ampliatur hac regula modis septem.*
- 5 *l. pradia. de act. empr. explicatur.*
- 6 *Actio ex contractu priuilegiato non informatur per pactum.*
- 7 *Exempla, quibus actio vetus informari nequeat.*
- 8 *Certi condictio triplex constituta est iure.*
- 9 *Interuentus rei in contractu innominato implenti duntaxat prodest.*

**S**exta regula, † pactum coherentia contractus nominati vestitum informat actionem veterem, hoc est ex contractu descendente, d. §. quimimo. d. l. in bonafidei. & l. nostra. in 2. conclusione, credimus non inesse, si à contrario sensu text. expendas. dum enim dicit non valere ad agendum quod ex inter-

uallo pactum fuerat, vult pactum ex conti-  
nenti positum ad agendum valere. Hæc  
tamen iura non probant, an veteri actione  
agatur, an noua. Quare afferenda sunt iu-  
ra, quæ de veteri actione loquantur, im-  
primis. *l. tenetur. §. 1. infr. de actio. empt. l. fundi par-  
tem. infr. isto titulo.* Sunt & alia cæ. capita, quæ  
ordine infra citabantur, ex quibus intelli-  
ges, ad id, quod pacto deductum est, agi per  
actionem nostram ex contractu. Quod etiam  
2 verum est, † licet principalis contractus stri-  
cti iuris sit, vt puta stipulatio, constitutum, mu-  
tuum, emphyteusis, *l. potens. C. de pactis.* si com-  
munem intelligitum sequamur. Triplici e-  
nim sensu hæc *l.* exponi solet. Vno, qui ad  
rem nostram minime conduceret, vt stipula-  
tio sit posita, super eo quod pacto iam dedu-  
ctum fuerat. Et dubitatur, num per actionem  
ex stipulatu descendente agi possit; Respon-  
detur autem posse, & licet hæc verba *l. terz,*  
*que placuit seruandi causa,* huic sensui conuen-  
niant, res tamen omni scrupulo careret, ne-  
que locus esset vllus rationibus dubitandi à  
Ias. huic sensum sequente, adductis: quia ni-  
hil decideretur de viribus pacti, quod oportu-  
iussit, *l. Imperator. ff. de in diem addictio.* Pæ-  
terea dictio, *statim,* ibi posita redundaret, et-  
iam si referatur ad dictionem, *post,* vt aduer-  
sus Rapha. ostendit Paul. Castrenf. Altero in-  
tellectu, qui etiam nihil faceret ad regulam  
nostram, vt ibi sit pactum super declaratione  
rei

rei promissæ, sed huic literæ parum congruit. ea enim vult stipulationem positam placiti seruandi causa, at ita pactū esset stipulationis declaratiuum, insuper idem diceres de pacto quod ex interuallo poneretur. † Tertius est intellectus communis & verus, licet male declaratur, vt decidat Imperator hoc negotiū. Promisisti per stipulationem, quod pacto nudo aliquando sponderas, nempe vt Codicem scriberes, istud nudum pactum Imperator vocat placitum, de cuius virib. non disceptatur, illius nihilominus mentio fuit facta, vt sciatur super quo facta fuerit stipulatio, iterum mox pacisceris, quod emendabis illū Codicem, aut quod ibis Romam. huius pacti mentio fit in textu, seu antecessit pactum, de hocque dubitatur, cum nolles emendar Codicem, aut ire Romam, an scilicet mihi competat actio vlla. Et decidit Imperator quod ego petens ex stipulatione, id est actione ex illa descendente, quæ secuta est, placiti seruandi causa id, quod in pacto scilicet. 2. de emendando Codicem, de eundo Romam, continebatur: & recte pro secundum me sententiā ferri. Alci. 2. capite quinti Paradox. alium pollicetur intellectum, sed nihil differt Raphacelis, quem Paul. & recentiores refellunt, nec temere. Innititur ergo ampliatio nostra d. l. petens. hanc si cum cæteris communi sensu intelligas fulcitur, item l. etiam. C. de iure dot. quā ibi Bald. notat & Dec. illam citat. in d. l. petens.



*tens. numer. 2.* Tertio facit *d. l. lecta.* quæ cohærentiam considerat, vt actionis ex stipulatione subortæ alteretur efficacia, quod sane nihil aliud est, quam informari, veluti supra ostendi. Postremo etiam facit, quod qua ratione deliberatus est animus contrahentis contractu bonæ fidei, eadem & deliberatus est circa ea quæ incontinenti fiunt, animus celebrantis contractum stricti iuris. Contrariam opinionem quod scilicet actio stricti iuris pacto non informetur cohærenti, defendit Sozi. *in l. 1. §. si stipulanti. num. 2. ff. de verbor. obligat. cui assentitur Christopho. Porc. in rubric. quib. mod. re contrah. obligat.* quos citat Alcia. *in d. l. in bona fidei. ad principium.* Horum sententiam hæc in primis ratio iuuat, quod contractus stricti iuris non nisi ad eam ipsam rem expressam extendatur. *l. quicquid adstringenda. ff. de verbor. obligat.* Deinde quod si pactum censeatur in stipulatione comprehensum, erit alia res, & consequenter alia stipulatio. Tot enim sunt stipulationes quot sunt res. *l. scire oportet. ff. de verb. obl. ex qua alia nascetur actio noua, vnde frustra dicentes veterem informari.* Præterea facit quod ex stipulatione oritur certi conditio. *§. 1. Instit. de verb. oblig.* quæ profecto competere non potest ad incertum, quod pacto cohærentiæ contineri possit. *l. si quis certū. ff. si cert. per.* Accedit item *l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obl. cui inquit Sozi.* responderi non potest, vbi sequens animus, & vt dicunt, complacens,

in 20.

in 20. inualida est, quæ sane valeret, si cohærentia prodesset. Quinto eorum opinionem iuuat, quod in d. l. in bona fidei. in d. §. quinimo. exprimitur qualitas contractus, vt sit bonæ fidei, quod frustra fieret si locum haberet regula in contractu stricti iuris. Sexto ostendent illi fundamenta & rationes, quibus communis sententia confirmabatur, non vt gere, quarum prima desumpta ex d. l. petens. quæ vt ostensum est, varios intellectus recipit, non debuit huc allegari Bart. & Soz. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. itaque primum intellectum tenentibus parum obesset, potissimum quod in d. l. petens. ponentes tertium sensum diuinare videntur pactorum pluralitatem. Secundo fundamento ex l. etiam. dicerent, non male llam stipulationem esse bonæ fidei. §. fuerat. Instit. de actio. l. 1. C. de rei vxo. actio. in principio. miror autem Decium in ea l. petens. non ad id aduertisse. ad l. lecta. responderent, in ea fuisse pactum reformatiuum autore Paul. de Castr. & Ias. vltimæ rationi satisfacere dicentes diuersam rationem esse inter contractum bonæ fidei, & stricti iuris, propter qualitatem conuentionis & actionis. Cunctis perspectis puto communem veriolem, quia non bene respondetur dictæ l. petens. nec tertius intellectus, quem supra communem & veriolem diximus, diuinius est, primo enim loquitur de placito, cui conformis fuit stipulatio, & de viribus illi placiti dubitari non oportet minus de viribus

stipulationis, ideo ut lex subserviat titulo, de altero pacto dubitabatur, quod inquit text. interpositum, adde quod stipulatio secuta est placitum, deinde loquens de pacto, quod siue ante siue post. &c. Intelligi debet de alio. quomodo enim illud quod stipulatio sequuta est, posset poni post eam? Insuper non respondetur ad *l. lecta*. quia ut supra ostendi, illud pactum erat informativum. Postremo rationes secundæ opinionis parum faciunt. Priori satisfacis dicens contractum stricti iuris non quidem extendi à lege, sed quando partes consensum præstant paciscentes, cur non fiat extensio ad id quod pacto continetur, non video. Secundam rationem tollunt Paul. & alij in *d. l. petens*. quod quando illa res, de qua in pacto nudo esset prorsus aliena, argumentum procederet, quod verum esse sentit I. s. *ibi. nu. 15.* ideo dicunt debere pactum fieri super his, quæ ad stipulationem principalem attinent. ut si promisti scribere Codicem, deinde paciscaris illum emendare. Ego ultra Doctores arbitror nimium restringi illam decisionem, & ideo nihil interesse puto, quod pacto contineatur, modo cohæreat. Et cum dicitur, tot esse stipulationes, quot res, dico id verum esse, quot scilicet sunt res interrogatione comprehensæ, & responsione. *d. l. scire debemus.* & *gloss. ibi*, at quod pacto continetur, non est in interrogatione. ideo egemus actione informativa per *d. l. petens*. quod si dixeris perinde esse, ac

se, ac si interrogatione, & responsione fuisset  
comprehensum, cum per actionem ex stipu-  
latu respondeo. perinde quidem esse, vt com-  
petat actio, non autem vt alia sit stipulatio:  
quia ad contrahendam stipulationem non  
sufficit consensus. *l. i. §. si quis interroget. ff. de  
verbo. obliga.* licet idem consensus sufficiat, ad  
actionem iam natam informandam. Tertium  
etiam multum mouebat Docto. ibi ex stiman-  
tes per pactum actionem quidem non infor-  
mari, sed contractum stipulationis, vt vno re-  
spectu condictio certam producat, alio au-  
tem nouam scilicet ex stipulatu, sed neque ita  
diluitur contrarium, quia vetus actio tunc  
non informaretur, si nouum simpliciter pa-  
ctum gignat, nec etiam vnde quaque verum  
est. fieri enim potest, vt principalis stipulatio  
producat actionem ex stipulatu, suapte natu-  
ra informandam, fieri etiam, vt pactum super  
re certa ponatur, vt condictio certam ad id quo-  
que extendi possit, Vnde puto rectius dici  
quod actio vetus orta ex contractu stricti iu-  
ris pacto coherenti informetur, si quidem ta-  
lis sit quae informari queat, vt actio ex emphy-  
teusi actio de constituta pecunia, & complures  
aliae stricti iuris informandae. Itē actio descen-  
dens ex stipulatione incerta. *l. si quis certum. ff. si  
cert. peta.* Sed aliquando contractus stricti iuris  
talem producit, quae non potest alterari per id  
quod pacto continetur, vt condictio certam ex  
mutuo, condictio certam ex stipulatione certa,  
& hoc

& hoc quidem casu probe dices contractum informari, vt supra vltima præfatione dixi, quod & in contractu bonæ fidei interdum reperitur in quo non oportet semper actionem informari, vt dicemus in limitationibus. Quartum impulit Sozi. vt diceret respondere non posse sed *d. §. si stipulanti.* nihil mihi videtur ad rem facere. non enim loquitur de complacentia, potissimum si vera sit opinio, cui ipse in eo ipso §. adhæret. Petr. & Cuma. imitatus, vt scilicet versic. *cum adijcitur*, referatur solum ad præcedentia vbi erat diuersitas qualitatis, & non ad sequentia vbi summa, vbi res diuersa erat, insuper non video illum §. *si quis aut alium. §. negare.* quod complacentia obliget. Imo ait ille versiculus, *cum adijcitur*, non solum ex complacentia nasci obligationem, sed etiam stipulationem conceptum intelligi. Quinto satisfieri etiam facile potest, quod illis II. insit exemplum, de contractu bonæ fidei. exempla autem non restringunt regulam. *l. damni infecti. §. fin. ff. de damno infecti. l. regula. §. fin. ff. de iur. & facti ignoran.* Alioqui dum in *d. l. petens. in d. l. lecta.* Iuriscons. exemplum adfert pacti cohærentis contractui stricti iuris, dicemus eadem ratione, scus esse in bonæ fidei, quod plane absurdum videretur. hoc modo defenditur prima ampliatio regulæ nostræ contra recentiores. Secundo ampliatur regula, vt idem in actione, quæ ex quasi contractu prodeat. *d. l. iuris gentium. §. vt puta. in 2. responsio.*

iuncta

*iuncta glo. in verbo, conueniat, quæ vult compe-*  
*tere actionem tutelæ, si statim ea finita, quo*  
*tempore nascitur actio. l. si tutor. §. si. ff. de tutel.*  
*& ratio. distrab. apponatur. Ampliabis etiam*  
*quoties pacto promitterentur vsuræ. l. initio.*  
*C. de pact. inter empto. l. cum quidam. §. ex locato. ff.*  
*de vsur. intellige primo, nisi in contractu iuris*  
*stricti. l. quamuis. C. de vsur. & sic debet intelligi*  
*gloss. in leg. seruus ea lege. ff. de seruis exportandis.*  
*aliter ea gloss. iure carpitur. Nec huic loco de-*  
*seruit. l. lecta. in qua pactum potius ad debito-*  
*ris, quam creditoris commodum factum erat*  
*2. declara ampliationem duntaxat procedere*  
*antiquo iure ciuili, hodie vero nullo iure pos-*  
*se vsuras peti notat in authen. adhac. C. de vsur. in*  
*l. 1. C. de sacrosanct. ecclesiis. ca. consuluit. ca. super eo.*  
*de vsur. extra. nisi fortasse in casibus comme-*  
*moratis in capitul. conquestus. illo titulo quibus*  
*addi solet & ille quando videlicet vsuræ pe-*  
*tuntur nomine interesse, quæ decisio perpe-*  
*ram intellecta multos fefellit. Nos pl ne de-*  
*claramus in annotationibus nostris ad l. vni-*  
*cam. de senten. quas in gratiam tuam appara-*  
*mus. Quarto adde regulam esse veram, etsi*  
*pactum super toto contractu resoluendo po-*  
*natur, qui iam effectum sortitus fuerat. l. 2. C.*  
*de pact. inter empto. & Accur. ibi Amplia item*  
*etiam si plura pacta fierent incontinenti, reci-*  
*piunt enim effectum omnia per veterem a-*  
*ctionem. l. sed Celsus. §. si fundus. supr. eo. Sexto*  
*ampliabis, vt etiam pactum vestitum contra-*  
*ctui*

Etui principali cohærens veterem actionem  
 informet. *l. prædia. infr. de actio empt.* secundum  
 vnum intellectum glo. Porro difficilis quibus-  
 dam videtur illa *l. prædia.* ideo hanc mox de-  
 clarabo. Amplia septimo, vt illa actio vetus  
 (veterem dico ex contractu principali ortam)  
 eiusdem sit naturæ & efficaciz, ac si quod pa-  
 cto continetur, pars esset essentialis, exempli  
 gratia, si actio illa vetus bonæ fidei est, per pa-  
 ctum informatà bonæ fidei erit test. *Bart. in d.*  
*§. quinimo. num. 8.* cui se ceteri fere omnes sub-  
 scribunt, I cet Bald. & Decius Accusati. Secu-  
 tuerint contrarium. *Deci. in l. pacta que. Cod.*  
*de pact. num. 11.* d' l'igenter insistit. Tu commu-  
 nem teneto, reprobata gloss. quam inquit  
 Alber. hic, Odoff. reprehendebat. ind: fit, vt  
 si factum pacto comprehendatur, actione ve-  
 teri in id quod interest agi possit. *d. l. prædia.* in  
 5 qua facti species ea fuit. † Iuxta emptionem  
 & venditionem emptor venditori promise-  
 rat rem locare aut aliud quiduis facere, vendi-  
 tor pœnam stipulatur, si pacto non stetur,  
 commissà per emptorem mora Vlp. ait actio-  
 ne ex vendito agi primum posse contra em-  
 ptorem in id quod interest. Sed an pœnali sti-  
 pulatione iterum agatur. Respondet mero iu-  
 re quidem ad pœnam agi posse, sed ope excep-  
 tionis emptor iuuaretur, pro rata eius quod  
 venditor esset actione informatà consecutus.  
 pone venditorem prius pœnalem actionem  
 intentasse, an informatà actione in id quod  
 inter-

inter est agitur? & ait agi non posse, quatenus actione pœnali venditor consecutus est, pro eo vero, quod supererit, agi posse, at addubitabit aliquis, cum agit venditor prius actione ex vendito informata, non excluditur mero iure à pœnali intentione, qui tamen agens prius pœnali ipso iure repellitur, si informata instituere velit, cur tam varie? Dic priore casu licet sit consecutus venditor, quod sua intererat, remanere tamen obligationem ex pœnali stipulatione. Sed cum æquum non sit etiam pœnam exig. *l. apud. §. Labeo. ff. de exceptio. dol.* merito in venditorem exceptione opus est. Altero autem casu dum venditor pœnam prius consecutus fuit, cessat iam illius interesse, nihil mirum, si eum deficiat vetus actio quæ ei duntaxat competeat, ad id quod interest. Regula nostra sic adaucta. i. restringitur his casibus, quibus nudum pactum in §. regula diximus non vestiri. † Ex quorum priore inferri potest secundus, nempe quando vetus actio iure quodam speciali competeret, proprie tibi exemplum in donatione nudo pacto facta, quæ hodie robur accepit: hoc exemplum affert gloss. in *l. nostra. versic. alij possuerunt* quod placuit Ias. in *d. §. quinimo. num. 5.* allego text. in *l. 2. Cod. de euitio.* Tertio limitatur, quando ex contractu, cui pactum cohæret, nulla actio nascitur, quia fortasse conditionalis est. *l. si in venditione. ff. de peric. & commo. rei vend.* quæ recte intellecta probabit pactum

NOUAM



nouam duntaxat actionem gignere hanc limitationem annotauit Bart. *in d. l. lecta num. 26. Ias. d. §. quinimo. nu. 5.* Limitatur præterea quando actio quidem ex contractu producitur sed informanda non est, nec ad id extendi potest, quod pacto continetur. Exempla sunt † cum prior contractus re celebratur. *l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat.* licet & ratione alia pactum inutile fuerit, quia scilicet in fraudem usurarum factum videbatur. Aliud exemplum in commodato, in deposito, quibus pactum coherens, ut aliquid fiat, pars contractus esse non potest, consequenter nec informari vetus actio. Ita *Ias. in eo. §. quinimo. num. 5. ad principium,* ubi ostendit sæpe fieri, ut pactum emptiōni coherens pretij partem conficiat. † Tertium exemplum est, quando actio ad certum sua natura competit, qualis est condictio certi tam generalis, quam specialis, quæ ex mutuo nascitur, & altera condictio certi specialis, quæ prodijt ex certa stipulatione, ut aliquando sumus interpretati, *in l. certi condictio. ff. si cert. petat.* Si enim qui pecuniam accepit mutuo promiserit ire Romam, conditione certi conueniri nõ poterit, quia facta incerta sunt: hæc ex Barto. Paul. & recentioribus *in d. §. quinimo. & d. l. petens.* licet hic refragetur Alber. Sunt & nonnulla quædam alia exempla, de quibus *in 6. parte gloss.* Postremo exceptionem patitur regula in casu quintæ limitationis, quã annotauimus ad quintam regulam quando scilicet

scilicet actio vetus duntaxat vnius commodum continet, & pactum alterius. Si enim mihi stipulanti promittis scribere Codicem, ego vero pactum tibi facio, vt eam pro te Romam, iniquum esset; actionem mihi soli natam contra me informari vt illa institueres aduersum cui simile quoque videtur † quod interuentus rei vestiatur, & minuat contractum innominatum correlatiuum, sed ad commodum implentis solum, non ad detrimentum, imo vero res integra dicitur, si volet adimplens, vt ostendam infra in tractatu nominatorum:

## SVMMA IN SEPTIMAM

### REGVLAM.

### SVMMARIA.

1. *An ex pacto coherenti noua prodeat prescrip. verb. actio.*
2. *Exempla quibus habita relatione pacti ad contractum resultat innominatus contractus.*
3. *Duodecim fundamenta contra communem.*
4. *Defenditur antiquorum communis decisio. Actio que proponatur hodie nulla cura esse debet, sed sufficit iudici narrare factum.*
5. *Causa vestimentum quodnam fuerit.*
6. *Vtilitas actionis prescrip. verbis.*
7. *Accessorium saepenumero aliam habet rationem quam principale.*
8. *Breuis predictorum resolutio.*

G

Septi-

efficacia. Idem arbitror in deposito, aut commodato, in quibus aliquid fieri promitteretur. Sunt tamen aliquot casus, quos fallentiales vocant, quibus nec præscriptis verbis ageretur, vt in *l. quamuis. Cod. de vsur. in l. rogasti. §. si tibi. in l. si tibi decem. in principio. ff. de pact.* vbi odium vsuratum impedit effectum vestimenti. alios similes casus videbis in *7. parte glo.* Tertius principalis casus, quando vetus actio informari quidem potest, & habita relatione pacti ad contractum resultat contractus innominatus, quo (si Petr. de Bell. perti. credimus) oritur præscriptis verbis ei qui impleuit. Et licet per Barto. Paul. à Castr. & alios in *d. l. petens. in d. l. explicato.* reprobatur opinio Petri d. centis aliunde non oriri actionem præscriptis verbis quam ex correlatiuis illis innominatis, atque ideo ex pacto coherenti nunquam competere simpliciter: Attamen fatebantur omnes, quod si resultaret innominatus & adimpleretur ab altero contrahentium, sine vlla dubitatione illi competeret actio præscriptis verbis. Finge te vendidisse mihi equum, me pactum deinde esse vt eam pro te Romam, iam confert contractum cum pacto, tu facis, quia vendis, ego quoque facio, quia eo Romam, resultat facio vt facias. Item finge me abs te villam emisse, teque promississe librum scribere, cum ego dem in contractu, & in pacto tu facias, resultat do vt facias. Vnde pretio à me tibi persoluto in

te agam vt facias, quod in quolibet casu excepto à quinta, aut sexta regula locum habet. Tunc enim non vestimento coherrentiz robur dari, sed adminiculo interuenientis rei & implemento constat. Quartus casus quando non resultat contractus innominatus facta eiusmodi collatione pacti ad contractum, vt emis à me domum, facis mihi pactum de scribendo Codicem, tu das pretium, tu librum scribis, ideo refero emptionem ad pactum nihil resultat, quo constet contractus vllus innominatus, quia solum resultaret, des & facis. Alterum exemplum promitto tibi dare mulam paciscor simul me iturum pro te Romam. Ex contractu teneor dare, ex pacto facere: idcirco erit, do & facio, vnde non conficitur contractus innominatus. Et vt vno verbo absoluaui, vbicunq; non resultat reciproce seu respectiua obligatio. Imo qui obligatus est ex contractu, ille idem ex pacto tunc habita relatione pacti ad contractum, non resultat contractus innominatus, & hoc casu dubitatio est (aut pone resultare innominatum, nullum tamen esse implementum) an pactum illud sola coherrentia vestitum statim pariat actionem prescrip. verb. Et communis interpretum sententia est, vt pariat, quæ firmatur d. l. in bona fidei. d. §. quinimo. l. 2. C. de pact. inter empto. Lauia. C. de iure dot. l. si in venditione. ff. de peric. & commodo rei vend. l. Labeo scribit si mihi. supr. eo. l. si vir. ff. de prescrip. verb. l. si conuenit. ff. de

*ff. de rescinden. venditio. l. cum res. l. legem. Cod. de dona. quæ omnia iura statuunt, ex pacto actione præscriptis verbis agi posse. In diuersam tamen trahuntur sententiam Galli, quos citant Barto. & alij in d. l. petens. in d. l. in bona fidei. in d. l. ex placito. quibus assentitur Fort. Garc. in d. §. quinimo. † Existimant enim non oriri actionem nouam ex pacto, moti, quod actio præscriptis verbis, nisi ex innominatis contractibus minime oriatur, & in nostra facti specie nullus innominatus adest. 2. quod tunc oritur actio præscriptis verbis cum subest causa l. iurigentium. versic. sed si in aliud, supr. de pact. Non ergo consideratur coherentia. Tertio actio præscriptis verb. inde tantum oritur, vnde alia actio locum non habet. l. quoties. de præscript. verb. sed actione informata adimplebitur pactum, vt in .6. regula dicebamus, ergo, &c. Quarto addes vt naturam, sic neque artem aut legem aliquid frustra facere. l. hac stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. cauea. Sed hac noua actione frustra vteremur, cum informatam haberemus. Quinto Alciat. cap. 1. libri 5. Paradox. dicit in presentem vsque diem ita creditum opinioni gloss. vt neminem contradixisse reperiamus ( licet videas complures contra communem tenuisse ) ideo inquit, licet nouum videri possit, illi tamen nimis verum videtur, quod non competat actio præscript. verb. Mouetur, quod actio præscript. verbis tunc demum competat, quando defi-*

ciunt vulgata & vsitata actionum nomina. *d. l. quoties. l. 2. l. 3. ff. de prescript.* Sed in presentia casu non deficit actio, datur enim ex contractu, &c. Sexto, ut loquar cum Alci. actio prescrip. verb. recipit pœnitentiam. *l. spectantem, ff. de condic. ob caus.* sed à pacto nudo non licet recedere, ergo, &c. Septimo plus nõ debet operari fictio, quam veritas. *l. filio quem pater, ff. de liber. & posthu.* sed si pactum re vera pars esset contractus, nõ produceretur alia actio quam ex contractu illo, ergo quando habetur ut pars & ficte est pars. *d. l. lecta.* non debet nisi per actionem ex contractu pactum seruari. Octauo facit *l. permisisti, ff. de prescript. verb.* vbi in 2. responso, quando pactum iuxta contractum venditionis fiebat, per actionem ex vendito obseruabatur, & si non cohereret contractui tunc prescriptis verbis agetur. Nono adducitur *l. rogasti. §. fin. ff. de prescript. verb.* vbi illa prescriptis verbis actio tunc demum locum habet ex pacto, si merces non interuenerit, ita ut actio ex contractu non competat. Si ergo competeret, &c. Decimo allegatur *l. 2. C. de euictio.* vbi ex pacto iuxta contractum posito non oritur actio prescrip. verb. etsi nulla informatam reperiri possit, multominus si reperiat, & esset auctori consultum. Undecimo facit quod non debeant plures actiones ex accessorio competere, quam ex principali. Sed ex contractu principali vnica tantum datur, ergo ex nudo pacto accessorio datur

rioduz

rio duæ non dabantur, *cap. accessorium. de reg. iur. in 6.* Duodecimo adduco hanc; qua soleo uti rationem, quod scilicet fundamenta pro communi allata nõ probent, etenim primum dissolui potest quod *in d. l. in bona fidei.* actio ex pacto competit, sed informata, idem ad §. *quinimo.* ideo ait interdum informat. postea vero exemplum affert, nec vllum verbum de actione præscrip. verb. Tertio responder Alciat. *in d. l. 2. de pact. inter empto.* competit actio vtraque, sed in diuerso casu, quia quando competit ex vendito pactum illud de re- trouendendo (quod in Aragonia vocatis fieri gratiam, siue chartam gratiæ) est pars pretij, aliter enim venditor non vendidisset. Sed quando competit actio præscriptis verbis, est alius casus, quo pactum factum est ex liberalitate, & gratia: quia absque pacto erat venditor venditurus pro pretio iam conuento, nec pactum dicitur pars pretij. Ideo ait Alcia. Imperator vtranque actionem pollicetur alternative, respectu diuersorum casuum. Quarto respondebis quod licet *in d. l. auia.* competat actio præscriptis verbis ex pacto, id ideo fit, quoniam habita relatione pacti ad cõtractum dotis resultabat cõtractus innominatus do ut facias, & auia iam debeat, & adimpleuerat. Quare nihil mirum si præscriptis verbis actio detur, vt diximus *in 3. casu nostra distinctionis.* Ad quintum fateberis & non male *in d. l. si in venditione.* teneri emptorem re perempta,

licet venditionis conditio nunquam contingat, & præscript. verbis ageretur. Sed ibi non competebat informata ex conventionione conditionali eam ob rem hæc res propria est secundi casus eiusdem nostræ distinctionis. Sexti difficilis est dissolutio Alciat. tamen respondet *in d. l. Labeo.* nullum fuisse pactum, sed conditionem quandam, cuius verificatio cessavit ex facto emptoris, ideo duplex actio ex illa venditione nascitur duplici respectu. Nam ut clarius dicas, si astutiam emptoris nolentis conditionem impleri inspexeris, habetur pro impleta. *l. iure civili. ff. de conditio. & demonstra.* & actionem ex vendito parit. Si vero conditionem adhuc pendere, ut vero pendet, consideres, nulla erit ex contractu actio, quia tamen iniquum esset emptorem astu impedire conventionem, cogi poterit contractum implere actione præscript. verb. Ad 7. *in d. l. si vir.* actio in factum viro reddebatur, eoque videbatur pugnare cum *d. l. 2. Cod. de pactis inter empto. & vend.* ubi duæ ad conseruationem pacti dantur. Sed dices consequenter prioribus, *in ea l. si vir pactum.* non esse partem pretij, quemadmodum in *d. l. 2.* quando datur actio præscript. verb. Sed quando erat pars, aut quando dubitabatur sola actio ex contractu informata competit. Ad 8. *de l. si conuenit.* Alciat. ait eodem modo respondendum, quo satisfactum fuit. *l. secunda. de pact. inter empto.* Subiungit quod quando agitur ad resoluendum

contra-



contractum sit speciale in factum agi, ne tamen sit refugium miserorum, vt ait glo. in *l. filium quem. C. famil. ex c. sc.* danda est specialis ratio, durum inquit, videtur actionem ex contractu dirimere ipsum contractum, cui robur dare solet, sed huic rationi obest. *d. l. sed Celsus. §. si fundus. supra eo.* Altera ergo sit ratio, quod ibi venditio imitetur naturam conventionis innominatæ, sic euadit Alcia. Ad nonum responderes in *d. l. cum res. l. legem. C. de dona. l. reb. C. de rerum permuta. cum similib.* ex pacto, quod ad contractum refertur, resultare contractum innominatum, & secutum fuisse ex parte agentis ad implementum, & ideo præscriptis verbis agi, vt in dissolutione quarti fundamenti diximus. Ex prædictis constat, hanc secundam opinionem vtcunq; defendi posse. Vereor tamen ne iure reprehendar, quod tã prolixa oratione in id infructuosum te remorer, beneuole lector, præsertim cum hodie nulla cura esse debeat, quænam actio proponatur. Satis enim est, si factum narraueris, ex quo deinceps iudices actionem, quam volent, eligant, *cap. dilecti filij. de iudic. extra,* quod vbiq; ita obseruatur. Qui tamen alij fere omnes super hoc articulo anxie nimis contendunt à nobis sine nota negligentia prætermitti non potuit, cum quæ ad hanc rem nostram facerent, omnia fuisset in initio pollicitus. † Quapropter mihi videntur communè, 4

*neglecta secunda, sententiam tria ll. capita*

vehementer iuuare, & quibus sine magna diuinatione non satisfacias, à quo quæso rescituit Alcia. in d. l. 2. de pact. inter empto. in d. l. si vir. in d. l. si conuenit. pactum modo esse partem contractus, modo non esse partem, præsertim cum narretur vnicum factum. Adhæc regulare est pactum ex continenti appositum iuxta contractum, partem contractus esse. l. fundi partem. infr. eodem. & d. §. vt puta. Præterea autumare in d. l. si conuenit. de rescind. venditio. conuentionem instar innominatæ conuentionis habendam, hominis est egētis ratione, qua idem vbicumque pacta fiant diuinarem, & inniterer prudentiæ meæ, quod prohibet c. ne innitaris. de const. extra. c. q. ex parte. & Panorm ibi de off. deleg. Quare arbitror non esse à communi recedendum. Cui parum obsunt vndecim fundamenta secundæ opinionis. Primo sic responde, quod licet actio præscri. verb. oriatur ex contractibus innominatis, non tamen negatur aliunde nasci, cōpetet ergo & ex hoc pacto cohærente, primum si non extenderetur ex contractu nata, item si non esset pars contractus, vt illi ipsi fatentur, exq; multis aliis fontib. manabit, vt glossæ allegatæ docent. Secundo fundamento satisfiet, si primum illam causam, quâ Fort. Garc. putat solum & vnicum pactorum nudorum 5 vestimentum explicemus. † Causa itaque multis modis sumitur. Primum vt sit conuertibilis vox cum dictione, res, in quam signifi-

catio-

actionem à Gallis vulgari idiomate usurpa-  
 tur, & in titu. in quibus causis feudum amittit. in  
 rubric. quibus ex causis maio. §. causas. in authen.  
 vt cum de appell. cognosc. quomodo si sumpse-  
 ris causam. huius nomine omnia vestimen-  
 ta pactorum contineri. Capitur item pro  
 occasione legali, pro obiecto, seu pro nego-  
 tio ex quo ratio suadet dispositionem seruari  
 & arbitror hanc causam requiri in omni  
 conuentione. l. 2. §. circa ff. de exceptio. dol. in tit.  
 de condict. ob caus. de condictio sine causa, & apte  
 sic accipi potest in l. iurisgentium §. sed cum nulla  
 subest causa. ff. de pact. docet Decius in l. credi-  
 tori. Cod. de pact. & hanc causam dico vesti-  
 mentum pactorum nudorum in ll. quib. pa-  
 ctum nudum per se solum consideratum a-  
 ctionem parit, quas infra colligimus. Tertio  
 sumitur causa strictius pro adimplemento  
 promissionis ab alterutro contrahentium fa-  
 ctæ d. l. iurisgentium. §. sed si in alium. ibi, subfit ta-  
 men causa, licet non negauerim secundæ ac-  
 ceptioni locū esse potest, in d. vers. Sumitur, in  
 vt in l. causas, vel lites. C. de transact. pro contro-  
 uersia iudiciali vt Accur. ibi probat ex Cice-  
 rone scribente tria causarū genera. Quare in-  
 ter hæc significata responde, nunc causā esse  
 vestimentum pactorū, hanc si large sumpse-  
 ris. Sed debere specialiter illā declarari. inter  
 ceteras autem hæc vna est, quando pactū co-  
 hæret conuentioni nominatæ. Tertium fun-  
 damentum dilucet, cum Bart. & aliis, confitē-  
 tibus

tibus actionem præscriptis verbis competere quoties deficit actio, actio inquam ex eodem fonte nata. Sed Alcia. replicat primo. quod si detur præscriptis verbis ex pacto coherente, tam vetus, quam hæc præscrip. verb. ex eodẽ fonte prodiit, quia pactum pars contractus est. 2. facit, quia inquit, licet ex diuerso fonte prodeant, non debet tamen ordinarium remedium concurrere cum extraordinario, id eo non ad idem competent. Has tamen illius parum vrgere puto rationes. Quod enim ad primam attinet, falsum est vtramque actionem ab eodem fonte manare, quia vetus ex ipso contractu, qui suis partibus integris constat, proficiscitur. Actio vero præscriptis verbis ex solo pacto nudo, quod licet sit pars, differt tamen pars à toto: & licet ad idem vtraque detur, regulariter, ad diuersa tamen interdum institui possunt, vt mox infra dicam. Quod ad alteram, aduerte perperã huc fuisse adducta verba illa remedij ordinarij, aut extraordinarij est præscriptis verbis actio ex pacto coherente, quam actio vetus ex contractu nata. Præterea ambo simul sæpenumero concurrent. *l. etiam. C. si tutor vel curator interuen.* Quartum principale fundamentum diluero, si tibi persuaseas non frustra dari duas actiones creditori, alioqui frustra legatario tres relictas fuisse eadem ratione confiteri par esse, atque ita *l. Labeo scribit si mihi supra eo.* decidisse frustra itidem iura, quæ credito-

ribus

ribus electionem actionum tribuunt. *l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tributo. l. 3. ff. de eo quod certo loco* † Item haud inutilis etiam futura est praescri. actio, primum si dubitaretur, an actio ex contractu informetur pacto, ut in 6. regula annotavi 2. etiamsi informaretur quidem, sed aliquid allegaretur contra contractum contigisse, utpote acceptilationem, aliamve remissionem; durabit enim, & supererit praescri. verb. actio, Barto. Ias. Dec. & alij in *d. l. petens. C. de pact. ad fi.* Praeterea actio ex contractu, interdum ad dandum competit, & praescriptis verbis ad id, quod interest instituetur, finge (ne res exemplis egeat) me abste mulam emisse, pactoque me daturum tibi currum frumenti. Si ad frumentum agis actione informata ad dandum, si actio praescriptis verbis ad id quod interest tibi concludendum fuerit, istud licet nouum sit, verum esse tamen non dubites. Quintum dissolue eo modo, quo tertium, licet enim praescriptis verbis actio inde nascatur, ubi vsitatum nomen actioni &c. Tamen non negatur aliunde illam eandem praescriptis verbis actionem competere. Ad 6. respondebis illud minime ad rem pertinere, & ridiculum videri quod Alcia. asserit, actionem praescriptis verbis recipere poenitentiam. quod neque probatur per *l. si pecuniam.* licet probetur quod contractus innominatus recipit poenitentiam: actio tamen nata suas vires habet, & longe differt à contractu,

contractu, qui nonnunquam vsque adeo debilis est, & infirmus, vt ne actionem quidem pariat, idcirco pœnitentia contractui accommodari potest, non actioni, sicut verbum in-nominati quod contractui, non actioni in-di ũ est, hæc sunt principia legalis professionis per se nota. Ad 7. esto ne plus ficto &c. At quid ad rem nostram, nam pactum illud coherens inest verè, & legem dat contr. Etui, d. 5. vt puta. d. l. lecta. Ideo distingui non potest à fictione veritas, quia licet sit pars contractus, habet tamen in se veram substantiam, ab illa coherencia conuentionis robur accipiens, quo generet obligationem efficacem, & consequenter actionem. Octauum ex d. l. permisisti soluitur, quod ibi particula aduersatiua, *sive autem*, ponit aliud factum, & aliud ius. Nam in prima parte d. l. nō erat venditio, idcoq; sola præscriptis verbis competebar. Sed vbi cœpit esse venditio, etiam ius diuersum esse cœpit, quia actio ex vendito etiam datur, quanquam non denegetur actio præscriptis verbis. Positio autem vnius alterius est exclusio, si quidem duo illa simul esse nequeant, & vt vulgo dicitur, si incompatibilia sunt, si iura requiris, vnde in illa l. cum prætor. ff. de iud. Ad nonum responde mercede interueniente actionem locati competere, sed nihilominus agi posse præscript. verb. nec vnius positione alterum excludi. Decimum etiam tollitur, quod ibi pactum non fuerit vestitum, coherencia enim

enim nudæ donationis parum iuuat, aut quia innominatus contractus est secundum aliquos, aut quia (& hanc magis probauerim) speciali quadam prouidentia ex illa nascitur actio. *l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donatio.* Ad II. dic ceteris parib. non competere plura remedia ad accessorium, quam ad principale. † Sed multoties plures esse qualitates, & 7 rationes accessorij, quam principalis, vt in pupillari substitutione potest per belle videri cui plura conceduntur, quæ principali testamento negantur, facit *l. stipulatio ista. §. alteri ff. de verb. oblig.* Dec. in *l. pacta. que contra. C. de pact.* Si igitur ad id quod pacto continetur, considerantur duæ conuentiones, & ad principalem vna tantum cur non fatebunt, pactum duabus actionibus, & quod agitur ex principali contractu vnica confirmari? Ita communis opinio maneat illæsa, quæ tamen patitur exceptiones in casibus enumeratis in secundo membro huius articuli. † Potes ex 8 prædictis colligere aliquando pactum coherens contractui nec vestiri, nec informare veterem actionem, nec nouam producere, aliquando pactum non informare veterem, sed nouam producere, interdum vero informare veterem & nouam producere. Sed vix veterem informare quin simul & nouam pariat, maxime, si communi sententiæ adhareamus, hæcenus de secundo capite.

TER-



## TERTIVM CAPVT.

SVMMA AD SEX PARTES  
Gloss. magnæ.

## S V M M A R I A.

- 1 Ultima derogant prioribus in multi-  
plici negotio.
- 2 Pactum super essentialibus, an idem possit in-  
continenti positum, quod ex interuallo &  
varia hac in questione opiniones.
- 3 Communis opinio defenditur per quam ni-  
hil refert cohereat necne pactum contra-  
ctui.
- 4 Triplici causa pactum super essentialibus  
non renouat primum.
- 5 Quatuor adducuntur, vt pactum quod fit ad  
liberandum actionem pariat.
- 6 Debitori in creditorem dari, vt prorsus libe-  
retur.
- 7 Exempla alia quibus actio vetus informari  
nequeat.



Octertio capite exponenda est  
mens glo. in qua Accursi. com-  
pendiose multa haud infrugi-  
fera docet, quorum nonnulla  
fuerunt à me in præfationibus  
pertractata, quib. idcirco supersedebo; reliqua  
vero





huic rationi locum esse in vltimis voluntati-  
 bus, quæ ambulatoriæ sunt vsque ad vltimum  
 vitæ spiritum. l. 4. ff. de adimen. lega. l. 1. C. de sacro-  
 sanct. ecclesiu. secus tamen in contractibus. l. si-  
 cut. C. de act. & obl. Verum existima etiam in  
 contractibus recedi posse ab his qui contra-  
 hunt, licet non ab vno solo. † Cæterum non  
 abs re fuerit huc adducere complures casus,  
 in quibus dispositio vltima deroget, & præiu-  
 dicet priori. Primum in pactis, vt hic & l. pacta  
 nouissima. C. de pact. vbi videto recentiores scri-  
 ptores. 2. in transactionib. infr. extra. de trans-  
 act. vbi Bernar. ad verbum, habitorum. 3. in te-  
 stamentis. l. 1. ff. de iniusto. d. l. 1. ff. de sacrosanct. ec-  
 cles. 4. in codicillis. d. l. diuus. d. l. 4. de adim. leg.  
 5. vltima sententia interlocutoria. hæc enim  
 præualet. l. quod iussit. ff. de re iudic. Secus tamen  
 in definitiua. d. l. quod iussit. in fi l. 1. C. quando pro-  
 noc. 6. vltima constitutio procurator. derogat  
 priori. l. si quis cum. §. si. ff. de procur. intellige ante  
 litem contesta. vel post ex causa. 7. in rescrip-  
 tis. c. cæterum. extra. de rescrip. not. in cap. 1. eodem.  
 8. in iuramento. l. duobus. §. si. cum l. sequenti. ff. de  
 iureiur. 9. vltimæ ll. derogant prioribus. l. sed &  
 posteriores. ff. de legi. gl. ff. in cap. 1. de constitution.  
 in 6. 10. in statutis, Bart. in l. si vero. num. 4. ff. de  
 testam. milit. in l. omnes populi. in vltima questione  
 tertie. de iustic. & iure. 11. in vltima consue-  
 tudine priorem abrogante, Accur. in l. nemo.  
 §. temporaria. ff. de reg. iur. 12. vltima fama tol-  
 lit priorē, idem Accur. in l. si mater. C. ne de statu  
 defuncto.

*defuncto.* 13. vltima poss. ffio nocet priori, *l. si quis ante. ff. de acquir. possessio.* 14. posterior mora præcedentem extinguit. *l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend.* 15. vltimæ opiniononi gloss. credendum neglectis prioribus. *Accurs. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. B. r. in l. bona. ff. deposit.* Altera parte suorum glossematum Accu s. diuidit pacta hoc modo: pactorum quædam sunt de substantia, id est facta super substantialibus, quædam accidentalia, id est super accidentalibus facta, vt de dando codice exemplaris loco. Sed minime cõuenit exemplum hoc ab Accur. positum. est præterea obcurum, quod apertius reddidisset intellectum de pacto apposito in venditione, verbi gratia equi, aut alterius rei, quia si exemplare venderetur, & conueniret de dando codice exem, lris loco, vt velle videtur Accur. esset præctum super re vendita, & sic super substantialibus, dic ergo in gloss. legendum pro, *exemplaris loco, exempli gratia.* Sed pergamus. Quidam vocant de natura, ea quæ de substantia dicimus esse. *l. iurisgentium. §. vt puta. versio. item responsum, supra de pactis.* Sed hi male sentiunt, nam pactum dicitur ex natura, quod fit super eo quod est naturale, vt si de euidctione agatur. Subiungit Accur. quæ de accidentalibus dicuntur, eadem quoque intelligi debere de naturalibus. Tu intelligas. de naturalib. extrinsecis, hæc pars glo. siquæ est & in ore omnium, licet nimis succinctor,

& parum probe fuerit locuta. Quapropter  
 recurre ad ea que *supra* in 4. *prafatione*. & in li-  
 zera. l. *docuimus*. Tertia parte diuidit & aliter  
 pacta Accurf. quædam enim incontinenti  
 iuxta contractum apponentur, quando scilicet  
 contrahentes ad alia negotia nondum di-  
 uerterunt; quædam vero ex interuallo fiunt.  
 hanc diuisionem vt facilius accipias memo-  
 ria repete, quæ ad tertiam *prafationem* di-  
 cta fuere. Postrema diuisione paritur idem  
 Accurf. pacta in ea, quæ iuxta contractum in-  
 nominatum fiunt, & in ea quæ iuxta nomi-  
 natum, quæ diuifio plane intelligi non po-  
 test, nisi intellectis contractibus, quos infra  
 suo loco diuifos exponemus. Interim tamen  
 memineris eius, quod docuimus ad primam  
 limitationem 5. *regulæ* non vestiri, scilicet  
 pactum contractus innominati cohærentia.  
 Quinto loco hanc notat conclusionem Ac-  
 cur. quæ substantialia conuentionalis conser-  
 uat. Pactum sup substantialib. factum reformat  
 contractum primum, & ab eo receditur, vt  
 2. *hic*, & in l. 2. *infr. de rescind. veditio*. † Et est hæc  
 antiquorum opinio. 2. st Accursij, vt si ex in-  
 teruallo pactum fiat, renouetur primus con-  
 tractus, si incontinenti, secus: quia non est  
 verisimile contrahentes suam velle tam re-  
 pente mutare sententiam, & sese corrigere.  
*In non ad ea. ff. de cond. & demonstr.* Ideo dum hic  
 in vltima parte text. dicitur, *conuenit*, suppleri  
 debet ex interuallo. Tertia opinio est quo-  
 rundam

rundam, quos gloss. citat, dicentium nunquam  
recedi à priore contractu per pactum istud,  
sed secundum contractum coadiuuari, nisi  
fortassis ageretur expresse, vt esset à primo  
recessum. *per d. §. adeo. per l. si vnus. §. pactus ne pe-*  
*teret.* Neque vana est hæc disputatio, an à  
prima venditione recedatur per pactum su-  
per pretio appositum, an vero adhuc rema-  
neat simul cum 2. Etiam si aliter senserit Al-  
ber. hic. Primum, quia si prima remanet, fi-  
deiusor in illa datus remanet obligatus, alias  
non, nisi secundo fideiuberet. *l. si. ff. de pact. l. si*  
*cum Hermes. C. locat. 2.* propter laudimia, quæ  
debentur duplicia, si vtraque venditio ma-  
neat. Paul. Caltr. & cæteri *in l. ab emptione. ff. de*  
*pact. & in d. §. adeo.* Tertio propter temporis  
prioritatem, quæ ratione hypothecæ, aut alias  
consideraretur. Videamus ergo quæ ex illis  
tribus opinionibus verior sit. Primam & cõ-  
munem tuentur Guil. Barr. Bald. Salicet. hic  
Paul. Alex. & Ias. *in d. §. adeo. Doct. in l. singula-*  
*ria. ff. si cert. petat.* Alber. tamen recitatis mul-  
torum opinionibus communi non prorsus  
adhæret. † Tu vero certo scias eam esse veris.  
firmam per l. nostram, quæ in eum finem lata  
videtur, in 1. enim respons. emergebat dubi-  
tatio, an deinde operetur pactum factum ex  
interuallo, quod incontinenti distinguit Pa-  
p. in his, quæ sunt adminicula, an postea, an  
incontinenti fiant. Ultimo respons. quærit  
an distinguendum etiam sit, quando pactum

super pretio ponitur, & ait non distinguendū, sed utroque casu à prima conuentione recessum fuisse. 2. probat communem. *l. 2. infr. de rescind. vend.* quæ nulla distinctione habita dicit recessum fuisse à prima per pactum, vbi ergo lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, præsertim quia maior est ratio, quando incontinenti, esset enim per coheret à fortius. Tertio dictus §. a deo dicit, hæc pacta postea facta iness., sed quando incontinenti ponuntur etiam insunt. *l. lecta. & l. nostra. in principio.* ergo eadem virtus renouatrix est in pacto coheret quæ in pacto postea facta. Quarto facit quod quando eadem res inter eandem personas venditur, non possunt esse duæ empt. *l. si id q̄ infr. de rescind. vend. arg. l. qui bis idem. ff. de verb. obligat.* Quinto quod quando duo interuenirent pretia, aut deberentur alternatiue, & pretium non esset certum. *l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud. ff. de verbor. obligat.* Ergo nulla venditio valeret. §. pretium. *Institut. de emptio.* Aut copulatiue, & pretium esset nimis magnum & contra intentionem contrahentium. Concludendum est igitur, vnicam tantum esse venditionem, & vnicum atque simplex pretium, & ita decessum esse à priori. Huic conclusioni communi aduersatur in primis Accurs. ratio quod pacto scilicet incontinenti facto, nõ esset verisimile contrahentes tam cito immutasse animum. *d. l. non ad ea,* quare vtriusq; consensus

sus manet, & consequenter vtraque venditio. P. æterea. d. §. adeo loquens. de illo pacto ait per illud quodammodo quasi renouari contractum, itaque per illas duas voces equidem improprias declaratur nouationem vere factam non fuisse argum. nota. in l. mercis appellatione. ff. de verbor. signific. his adiice. *l. finis. §. pactus ne peteret. versic. quod si non*, vbi dicitur, posterius pactum posse renouare primum scilicet contractum, non ergo renouat, nisi expressim hoc agatur, vltimus pacto super accidentalibus facto duæ oriuntur, vna ex primo contractu, altera ex pacto vt supra dictum fuit, in 7. regula, cur ergo pacto super essentialibus facto, non eodem modo nascentur duæ actiones? at duas nasci non est facile, nisi extent duæ conuentiones, ergo prima remanebit. Postremo considerandum est hodie priorem obligationem non nouari, nisi nouandi animo partes se id agere expresserint. *l. si. C. de noua. ergo &c.* Harum rationum frigidarum satis primæ respondet Bart. post Guiliel. in d. §. adeo. quod. *l. non ad ea.* loquitur in vltimis voluntatibus, quæ pendent ab vnus tantum animo. Sed hæc solutio minime satisfacit. nam quod sua vnus voluntate testator facere, & statuere potest, hoc possunt suis ipsorum duorum animis contrahentes, vt dixi in prima parte glo. Dic gitor eos, qui bis sup eadem contrahunt, diuersaque pretia etiam incontinenti constituunt, recedere à r.

H 4 pretio,

pretio, & remanere tantum secundum, ut certum sit, alias utramque venditionem nullam esse, & sic fateberis, contrahentes voluisse animum, & primum pretium immutare, quæ *in d. l.* non ad ea minime reperiuntur. Secundæ ita satisfacito, licet iure *conf. in d. §. adeo.* utatur vocalis improprietatem significantibus, non oportet tamen primam conventionem remanere, quoniam illa improprietatis usurpatione fit propter illas nouationes, quæ iure digestorum variæ fuerant ut Bart. docet *in l. qui usufructum. ff. de verb. obl.* neque vera & propria nouatio dicebatur, nisi exprimeretur, vnaquæque tamen nouatio esset propria, esset impropria siue tacita, eiusdem effectus erat, ut scilicet à priore conventionem recederetur. Ad tertiam *ex d. §. pactus. ne peteret.* responde, cum, qui dicit posse renouari primam conventionem, quique ponit potentiam, non negare actum, licet etiam non ponat. Quare potest verbum hoc, *potest nouare,* exponendum hoc est potens est nouare, & effectum vimque nouandi habet, & sic intellectus probat nostram conclusionem. Ad quartam dicitur, ideo nasci duas actiones, quando pactum super accidentalibus fit, quod duæ sint conventiones diuersæ & adeo prima adhuc supersit, & pactum vocetur informatium. at vero in nostra specie si dixeris duas conventiones esse, erunt eiusdem speciei, & formæ, ideo ne pactum redundet, est reformati-

mati-



matium, & sola secunda manet. *l. pacta nouissima. Cod. de pact.* Quod si sic replices: imo vero pactum ab emptore super accidentalibus positum est pars pretij. *l. fundi partem. infr. eodem.* Ergo perinde est ac si auctum fuisset pretium, nihil enim refert, an augeatur in pecunia, an alia in re. *l. pretij causa. C. de rescind. venditio.* Huic obiectioni & noue & vrgenti satisfactum putata, si dixeris essentiam venditionis postulare, vt in pecunia numerata constituatur pretium *l. 1. supr. eodem.* & d. §. *item pretium.* alioqui conuentio potius innominata esset, ideoq; quando agitur de augendo, aut diminuendo pretio in pecunia constituto, vt si quod 20. vendebatur pacto adiecto vendatur 25. istud pactum reformat, & tamen si emptor vltra illa 20. se scripturum Codicem paciscatur, pactum informatium erit, nec recedetur à prima venditione, tum quia nihil dicitur de precio constituto, tum quia fit pactum super facto, aut alia re, qua res vendita non æstimatur. *l. si quis ita. ff. de fideiusso.* Nec obest *d. l. pretij,* quia in ea fuit pretium in pecunia constitutum, licet postea ex conuentione loco dicti pretij, aliud interuenire queat. Ad quintam verum quidem esse hodie nouationem non fieri per conuentionem, seu per stipulationem coæqualem idem continentem, quod primus contractus, nisi hoc expresse agatur. *per d. l. fin.* Sed quoties pactum super parte cõuentionis primæ fit, tum recedimus à specie. *d. l. fin.* & ob id

iura hic allegata reformationis aut renouationis verbo vtuntur non nouationis, & sic nihil obest *d. l. fin.* quæ Alberic. hic vehementer torfit. Ex his omnibus verã manere communem opinionem certius est, † à qua sequentes casus excipe. Primum quando pactum poneretur inter duos tantum ex pluribus contrahentibus, pro parte enim non pactiscentium remanet primus contractus, Bart. & ceteri *d. §. adeo*, quibus adde, quod quorum consensus adhibitus est in contrahendo, eorundem in destruendo est necessarius, *authen. e contra. C. de repud.* ex quibus respondi dolose pactum per parentes simul ad commodum liberorum in contractu matrimonij factum posse minime per solum patrem inuerti, aut per substitutionem alterari. Quod dubio procul verum est, quando liberi ad quorum commodum fuerat appositum pactum, non legitime consentiunt *l. sequens questio. ff. de leg. 3. l. perfecta. ff. de reuoc. dona.* Secundum casum excipe, quando verba ostenderent expresse primã conuentionẽ remanere, & sic non essent apta renouationi ex Barto. & alijs *in d. §. adeo*. Tertium quando res non esset integra, quia pretium iam primo constitutum datum fuerat, aut res vendita, et adita *d. l. 2. & hic in verbo integris omnibus*. Sexta parte gloss. scribuntur effectus pacti nudi iuxta contractum positi super adminiculis, hoc est super accidentibus naturalibus ex *ui. feci*. Dicit ergo inquit Accur. fieri

fieri debere al' quot casus. Primus sit, quando pactum ponitur ex interuallo, quo virtus pacti est, vt exceptionem pariat, vt hic in prima parte principali & in d. l. iurigentium. §. quinimo. in fin. & in versic. vt puta. circa finem. Hæc decisio vera est, quia pactum remanet nudum, cum non cohæreat, ergo, & c. d. §. igitur nuda. 2. casus est quando in continenti ponitur, & tunc cohærentia vestitum efficax est, & actionem parit Accur. nullam legem allegat. Tu tamen plura vtrinque iura citari audisti, sup. in 7. regula. fallit, inquit Accur. quando pactum tendit ad liberandum, & diminuendum de principali, tum enim actione opus non est secundum Placent. Seruabitur enim pactum propria virtute exceptionis scilicet. mihi videtur vera Placent. sententia per text. nostrum in prima conclusione, cuius ratio est, quod actus agentum nihil operatur vlt' a eorum intentione. l. non omnis. ff. si cert. petat. Aduersus eam tamen Accur. tria adducit iura, quibus ex hoc pacto dari actionem probare contendit. † Primo l. sed etsi possessori. versic. proinde. Digest. de iureiuran. vbi iuramentum a reo præstatum, & sic ad liberandum producit actionem in factum. 2. l. quod mihi. ff. de liber. lega. vbi legatum liberationis inducit obligationem, & actionem ex testamento in heredem parit. 3. leg. si cum ante. Cod. de donat. ante nupt. vbi pactum erat, quod res donatæ remanerent apud eum, qui dedit, ecce pactum ad excipien-

excipiendum, dum dicitur, *remaneret*, & tamen actio producitur contra detentorem. 4. adde quod pactum de non petendo creditorum obligat ad non petendum, ita docentes in *d.l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. gl. his non satisfacit*, quare dic in *d. l. sed si possessori. iusiurandum non tendere ad excipiendum licet enim fuerit à reo præstitum, tamen iurauit rem suam esse. Factum quidem ad excipiendum fuisse, si iurasset rem actoris non esse, sed nec actionem tunc produceret, vt ex eo textu sententiam Plac. confirmante, ostenditur. Ad secundum respondeo, in *ea. l. quod mihi. de pacto non agi, sed de vltima dispositione cuius gratia & fauore lex actionem pollcetur, Bart. in l. 4. §. nunc de effectu. illo titulo de liber. lega. Ad tertiam respondeo in d. l. si cum ante pactum tendere ad obligandum, verbum enim, remaneret, ex quo solo difficultas prodijt, exponitur pro redeat si creditur Accur. Ad quartum dic pactum de non petendo, aut aliud quoduis tendens ad liberationem habere varios effectus. Primum namque tollit naturalem obligationem. 2. elidit civilem. 3. adhuc superstitem debilitat, & inefficacem reddit, aliquando ope exceptionis, si ex interuallo, aliquando ipso iure, si incontinenti ponatur, vt supr. 4. obligat creditorem ad non petendum, si verba eo tendant, solent enim promittere creditores se nunquam vexaturos debitorem, Quare foret videnda illius pacti forma, sitne nudum**

nudum infr. an stipulatione vallatum : vt docet Bart. in d. §. nunc de effectu. & neoterici in d. §. pactus. Aduerte tamen † quod si pacto de non petendo aliove actu liberatorio debitor exceptionem acquirat, extet tamen obligationis instrumentum, reo competit remedium quo re ipsa eiusmodi instrumentum cancellari & rumpi procuret. *l. dissoluta. Cod. de condict. sine caus.* scribit Phil. Deci. in *authentic. causa. num. 12. C. de sacrosanct. eccle.* quod est vehementer necessarium, mortuo enim creditore illius hæres reperto instrumento obligatorio non recordatur pacti à defuncto facti. Consequenter gloss. 2. effectum notat pacti coherentis vt informet veterem actionem, eam dicens informari, quæ orta ad id quod contractu continetur formam aliam capit, vt scilicet competat ad aliud quam antea. *l. 2. C. de pactis inter empto & vend. d. §. quinimo.* vide quæ dicta fuerunt in 5. præfatione, & in 6. regula coherentia, subiungit limitationem generalem, quando scilicet non reperitur vetus actio informanda. † Primum exemplum, si nondum esset nata. *l. si in venditione. de peric. & commod. rei vend.* Et licet Alberic. hic, & alij Doctores vidantur dubitare, an hi conditione pendente producaturs actio præscriptis verbis ex pacto, nos tamen supra ostendimus produci, cum vestatur per coherentiam sub conditione f. et venditionis. Condicio enim non facit quin contractus sit nominatus, quan-

quantumuis obligationis ortus differatur. Alterum exemplum (hic autem aduerte, quia Accursi. est subobscurus & corruptus) si inquit certo pretio vendidi, & conuenit vt plus dares, si pluris reuendas, statim potest agi ex venditione *l. hac venditio. §. vltimo. supra eodem.* Sed hoc concessum nihil ad rem pertinet, quoniam bene agetur ex venditione, quæ certum pretium continebat, virtus tamen pacti nulla est pendente conditione, idcirco non est aptum limitationi, extat enim virtus actio quæ informari potuisset, si pactum pure appositum fuisset super adminiculis. Et si quis, inquit Accursi. pactum, illud esse pretium, dum scilicet tu emptor conuenisti te facturum, & alteri venditurum, & si quidem plus habeas traditurum. Ideo statim agi posse, *argu. l. fundi partem. infra eodem.* respondebitur id falsum esse, scilicet quod illud sit pretium, imo pretium semel certum fuit in pecunia, deinde adiectum pactum. Consequenter etiam falsum est, quod statim agi possit virtute pacti cum sub conditione factum fuerit, scilicet si pluris reuendatur, pendet enim à fortuna & dubio euentu, an pluris reuendatur, ideo interim inefficax est *l. cedere diem. ff. de verb. signific. fatendum* igitur hoc secundum exemplum quod glo. vocauerat argumentum, non conuenire limitationi. Pone ergo, inquit Accursi. in donatione, iuxta quam si ponatur nudum pactum nō habet vim informatiuam

veteris

veteris actionis. Primo quia ex illa donatione, si quidem nudis verbis facta fuisset, non nascebatur olim actio. Quod exemplum pariter à quibusdam reprobatur hac ratione, quoniam siue pactum apponatur incontinenti post traditionem ex causa donationis, siue in ipsa donatione, dicitur nudum. nam inquit, traditione non potest nasci actio, non ex pacto, quia non est vestitum ex contractu qui prorsus nudus est, hic perpende inanem verborum congeriem, exemplum enim non petitur de pacto quod producat actionem, sed de pacto quod non informat veterem, ideo non potest improbari hoc exemplum. de donatione propositum, per illam rationem imperinentem. Debit ergo dici pactum non informare actionem, cum ex donatione, quæ contractus nudus est, nulla oriatur, hoc pacto verba sequentia conuenirét, dum ait pactum enim vestitum, ideo veterem, &c. Quantum autem ad hoc exemplum attinet, vera quidem res est per pactum cohzrens donationi nudis verbis factæ, non informari veterem, & sic exemplum conuenit, non per illam rationem, quæ videtur colligi posse ex glo. quod scilicet donatio non pariat actionem, nam hodie producit, & tamen non informatur. Sed duabus alijs rationibus, vna si donatio nude facta actionem producit id fit iure quodam speciali, quod communicari non potest ei, quod pacto continetur *l. ius singulare.*

ff. de

*ff. de legib. arg. l. à iudice. C. de iudic. altera ex textu l. 2. C. de euictio.* Per multa alia huius limitationis exempla affert Alber. hic, vt si iuxta contractum mutui fiat pactum continens incertum quod verissimum est secundum modernos. *in d. §. quinimo.* licet hic videatur ref. agari, sed iura per eum deducta loquuntur de contracta venditionis, cuius actio bene potest ad incertum extendi, at in conditione certi minime, suum etenim nomen amitteret. Aliud exemplum si pactum fiat iuxta contractum pignoris ex quo actio non nascitur nisi soluta per debitorem pecuniis. *l. si rem. §. fin. ff. de pig. actio.* Ideo antea informari non potuit, nec similiter nata, cum ad pignus duntaxat competat, cuius pars pactum fuisse dici non potest. Aliud item si iuxta contractum dotis pactum apponatur, quia constante matrimonio (nisi forte maritus ad inopiam vergeret) non datur, multominus hæc informabitur. Adde his, quæ supra, *in 6. regula* dicta fuere.

---

SVMMA EORVM QVÆ SEPTIMA OCTAVA PARTIBVS GLOSSÆ CONTINENTUR.

S V M M A R I A.

1 Casus quibus pactum coherens non producat nouam præscript. verbis actionem.

2 Usura



- 2 *Vsuræ nudo pacto promissæ petuntur iure ciuili bifariam.*
- 3 *Lex seruus ea. l. ff. de seruis exportand. declaratur.*
- 4 *Tredecim limitationes Regulæ communis quod pactum non pariat actionem.*
- 5 *Donatio pacto nudo facta, an actionem producat?*
- 6 *Cur constitutum pacto nudo valeat, fideiusio vero minime. locari in re serua, vt est caus. an matrimonialis non est licitum.*
- 7 *Lex periculi. ff. de nauri. serua explicatur.*
- 8 *S. seruus pactionis. l. & eleganter. de dol. exponitur.*
- 9 *Non tactum curia mercatorum, sed & alia debent æquitate regi.*
- 10 *Princeps quare pacto nudo legitur efficaciter.*
- 11 *Iusturandum nude conuentioni vim tribuit. Nunquam pacto nudo vlla vis agendi data est, nec iure gentium, nec Canonico, multoque minus iure Ciuili.*

**A** Curs. hac septima particula affert exceptiones regulæ volentis, ex pacto cohærente præscriptis verbis actionem nasci. † Primo fallit in *l. quamuis. in 1. Cod. de vsur.* vbi vsuræ pacto nudo promissæ non possunt peti. intellige primo quando ex pecunia numerata promittuntur, † secus si ex frumento, aut alia re cuius æstimatio augeri diminui facile possit. *l. frumenti. l. oleo. C. de vsur.* intellige etiam  
I  
quan.

quando contractu stricti iuris secus, quando bonæ fidei *l. initio. Cod. de pactis inter empto. & vendito. l. cum quidam. §. ex locato. Digest. de usur.* Aduertendum ius Canonicum aliter super his usuris statuisse *cap. conquestus. & toto tractatu extra, de usur. 2. limitatur in l. auia. C. de iure dot.* quando loquitur in patre, qui pacto nudo promissam sibi dotem exigere non potest ne ius filie quæsitum inuertatur, & quod ostendit *l. quoties. Digest. solu. matrimo.* 3. limitabis in *l. quod si locis. ff. de relig. & sumpti.* sed ille casus partim hodie prodest 4. in casu *l. seruus ea lege. in primo responso. ff. de seruis exportand.* Huius legis quia obscura est, ita finge speciem. † Vendidi seruum ea lege, eoque pacto ne iret in Italiam, & si aliter factum esset, emptor nudo pacto promisit pœnam, emptor ablegauit seruum in Italiam, dubitabatur, an pœna peti possit? Respondet, non posse, nisi venditoris intersit, quia forte propter pactum non obseruatum, quod seruus videlicet in Italiam fuerit profectus, venditor in pœnam aliquam inciderit, quo casu pro rata eius quod interest venditoris, agi potest ad pœnam, non tamen ad plus, qua de lucro venditor certaret, cuius nulla ratio debet haberi, cum pactum captiosum & odiosum fuerit, & eatenus consideratur, & vestitur, quatenus is cui fiebat, damnum passus sit, & hæc ipsa est spectilitatis ratio, non autem illa Accur. credentis esse quod pœna pacto continebatur, nam & vsua

Usuræ pœnæ nomine continentur, & odiosæ sunt, quæ tamen iuxta venditionem promissæ debentur, ut ante dixi, idcirco Accur. à Doct. solet reprehendi, si credis Ias. in d. §. *quimimo. in g. parte. d. l. seruus.* pactum est, ut seruus manumitteretur, aut ne pœnæ nomine deportaretur, neve alias male traderetur, quo casu si emptor contra faciat, venditor agat ex pacto, licet damnum nullum ferat, & affectionis ratio eum adiuuabit, quod si differentiarum ratio quaeratur, cur scilicet in priore casu, nisi inter sit in pecunia, non agitur ex pacto, at in 2. semper agitur, vel propter interesse affectionis. respondet Iurecons. in hoc 2. pactum esse officiosum, & ad utilitatem & serui factum. Beneficio autem hominem effici interest hominis, eum vero pœnæ. hoc est nec conqueri iure potest ipse venditor in priore casu, si pœnam petere nequeat, pacto non seruato, quia venditoris indignatio inde procedens solam duriciem continet, unde non debet tale pactum primi casus considerari. Sed intentio venditoris in 2. casu officium humanitatemque venditoris ostendit, merito rationem habendam lex statuit. Quinto non est locus regulæ in l. si tibi. Cod. locati. Et licet Accur. hanc exceptionem minime probet, optima tamen mihi videtur, hanc approbante Barro. in d. §. *seruus pactionis. l. & eleganter. ff. de dolo. in prima oppositione.* Sexto patitur exceptionem regulæ in casu l. rogasti. §. si tibi. sup. si cert. peta. in l. si tibi decem. quod

quod supra nos in 7. regula diximus. Octaua parte gloss. scribuntur exceptiones vulgarissimæ illius conclusionis. Pactum nudum actionem non producit, nisi fortasse non omnino maledixeris in omnibus sequentibus casibus pactum potius vestiri legis auxilio, quam in sua nuditate actionem gignere. Cum tamen nihil intersit iudicio quidem nostro confiteri quod pactum vestiatur, an casus à regula excipiantur, non insisto Ias. in hanc rem multa annotauit. in §. in personam. num. 76. Institut. de  
 4 actio. † Prima itaque exceptio per quam nudum pactum actionem pariat, est in donatione nudo pacto facta. l. si quis argentum. §. si autem hoc. Cod. de donatio. Hanc & complures ex sequentibus etiam Accurs. in d. §. igitur nuda. & in §. de constituta. Institut. de actionibus. in l. ad  
 5 exactionem. Cod. de dot. promissio. † Hanc tamen Accurs. opinionem Barto. & recentiores in d. §. igitur nuda. & Ias. in d. §. in personam. num. 57. reprehendunt contendentes actionem non oriri ex pacto, sed à lege conditionem propter pactum quorum decisio mihi nunquam placuit, nec similitudo magni multis aut parui, quæ utitur Barto. magnam vim habet. & fatentur neoterici nullam esse in hac distinctione utilitatem. Adde quod omnes actiones dantur à lege præexistente materia quæ apud legislatorem sufficiens videtur l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. tradunt Deci. & Alciat. in l. cum nota. Cod. de transact. Occurrit circa hanc limitationem

ratio-

rationem duplex difficultas, vna quod donatio non sit contractus nudus, sed præsertim hodie nominatus, & instar venditionis stipulationis nomine vestitus, quomodo igitur dixeris pactum nudum actionem hoc casu producere? Secunda si pactum donationis sit efficax, omne pactum actionem pariet. aut enim fiet pactum ex causa onerosa respectu eius cui fit, & validum est *l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. de quo infra.* Aut vero fiet pactum ex lucratiua, & erit donatio *l. Campanus ff. de oper. liberto. & consequenter efficax d. §. sin autem.* Harum priori responde nondum exploratum esse, an donatio sit nominata conuentio, vt infra dices, quæ tametsi esset nominata denominaretur ab actu exequendi ex sententia nostrorum scriptorum, vt dicitur de mutuo, de commodato, & alijs contractibus, qui re celebrantur *l. senatus. §. donatio. Digest. de donat. caus. mort.* ideo sola conuentione nomen imponi non potest, nec sufficiens esset vestimentum re non interueniente, quare opus fuit auxilio legis antequam nuda conuentio donationis obliget. Aliter responde pactum factum sine causa onerosa regulariter non esse donationem, imò actum nos semper ita interpretari solere, ne promittens donare videatur, arg. *l. cum de indebito. ff. de probatio. Barto. & alij in d. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. supra de pact.* *Alexan. in consilio. 87. in 6. volum. & consilio 133. in 7. volum. & in l. Campanus.*

donatio videbatur propter præcedentem manumissionis causam. Secunda limitatio est in constituto, quod nudè factum efficitur ex §. de constituta pecunia. ibi, *nulla stipulatione interueniente, Institut. de actio.* Sed hic casus fallentialis rectè dici non potest, licet enim sine stipulatione agatur, non tamen consequens est nudam ideo conventionem esse, quia simili ratione venditio nuda diceretur, & pariter omnes contractus iuris gentium. Præterea constitutum conventio vestita est vestimento nominis à prætore impositi titulo de constituta pecunia. Et licet in constituto non nisi nuda fiat promissio, nuda inquam ab alijs solennibus iuris gentium, aut civilis, tamen quia in eo debet præcedere de eadem re conventio, aut per eundem, aut per alium facta, prætor statuit absque alia solennitate actionem dari contra constituentem, cuius rationes videbis per Angel. I. f. & alios in d. §. de constituta. post antiquos in rubric. de constituta pecunia. & las. in 6 d. §. sed cum nulla. num. 16. † Quibus adde quare in fideiussione, quæ est iuris civilis requiritur stipulatio l. blanditus. Cod. de fideiussor. & tamen præcedit, aut præsupponitur principalis obligatio ex eo scilicet quod prætores aliquid æquitatis præseferabant, ultra legem duodecim tabularum l. quod si Epbesi. §. 1. Digest. de eo quod certo loco. insuper fideiussio simplicium pro alio fit, constitutum autem præ se ipso debitorem facere solitum est, licet & pro alio

sæpe

sæpe fiat. Tertia limitatio in *l. ad exactionem. Cod. de dot. promissio.* vbi fauore dotis, & matrimonij, qui fauor multiplex est, vt in *leg. 1. Digest. solut. matrimon.* extraneus dotem constituens nudo pacto sibi actionem querit. Sed & hic casus posset dici minime accommodus, quia licet nude agatur, lex tamen præsumit stipulationem tacitam interuenisse *l. 1. §. 1. Cod. de rei vxor. actio. & in §. fuerat. Institut. de actio.* Quibus adde, non esse licitum iocari siue cum risu loqui in re tam seria, qualis est matrimonialis obligatio, vbi non de rebus agitur, sed de personarum liberarum commercio, & de tenacissima obligatione, quæ res iuuat consuetudinem Franciæ admittentem pactum de succedendo, si in contractu matrimonij fiat ad commodum liberorum ex eo descendentium, videnda est decis. Cap. Tolosonæ 453. cum nota. per Aufreri. Nos complura in *cap. 1. de filijs natis ex matrim. ad morga.* contra, licet quidam pro prudentia celeberrima sua, non verentes statum regni & receptam à tempore iam memorabili consuetudinem inuertere, à talibus pactis recedi posse putent.

Quarta limitatio in *l. 1. & in l. pactum. ff. de pollicita.* vbi fauore rei publicæ pollicitatio, quæ etiam minus solennis est, quam pactum nudum, efficax est, idem quando fit priuato, si tamen initio rei fiat, at nec hoc quoque casu pactum nudum proprie dici potest, quod rei initio

fulcitur. Quinta limitatio, & ea perdifficilis  
 in *l. periculi. ff. de nautico fœnore*, quæ difficilis  
 7 est, ideo dicitur casum illius † in eo titu. de nauti-  
 co fœno. tractatur de pecunia trajecticia, pro  
 qua cum transferatur in debitorem credito-  
 ris periculo æquum videbatur vsuras cente-  
 simas peti posse *l. nihil illo titulo. in d. l. periculi.*  
 alter casus continetur, quo propter pecuniæ  
 creditæ periculum à creditore susceptum li-  
 citum est creditori vsuras excedentes, vel nu-  
 do pacto promissas, etiam ex debito pecuniæ  
 numeratæ, petere. Accepit Titius à Sempro-  
 nio pecuniam hac lege, vt si quæstum non fa-  
 ceret Titius, non sit recuperaturus, qui tradit.  
 Sui vero faceret, fors cum magnis vsuris red-  
 datur. Duplex affertur à Sczuol. exemplum,  
 debitor centum mutuatur, ex quibus thetia  
 præparet ad capiendum cetum, ea lege, vt si  
 ceperit, reddat sortem & aliquid ultra, si non  
 ceperit, creditor centum perdat iam inutiliter  
 exposita. Item cum decreuisset athleta in sta-  
 dio currere inornatum centum mutuatus est,  
 hac tamen conditione vt si vicisset, ultra sor-  
 tem aliquid redderet, sin minus, creditor cen-  
 tum iam inutiliter consumpta amitteret. debi-  
 tor cetum cepit, vicit athleta, creditor pete-  
 bat vsuras pœnali conditione non existente.  
 pœnalis enim conditio extitisset, si nec vnus  
 piscẽ cœpisset, nec alter vicisset, & merito pœ-  
 nalis, quia in euentũ illius perdebat sortẽ. Du-  
 bitabatur, an vsuræ pacto nudo promissæ de-  
 beren-



berentur, respondet quemadmodum in traiectione pecunia, quod ultra sortem capitur, periculi pretium est, & ob id centesima tollatur, ita etiam illa pecunia, quæ ultra sortem petitur pœnali conditione non existente, pretium est periculi, quod subierat creditor, si conditio pœnalis extitisset, id est si periisset pecunia, quia forte ille piscem non cepisset aut alter non vicisset, hanc similitudinem sume ex coniunctione, *etsi pro etiamsi*. Huic decisioni locus est, si conuentio non cadat in aliam speciem. Aduertendum tamen, quoniã hæc difficilis est, & legunt nonnulli, *in alea speciem, sed male*, quia proprie magis diceres speciem aleæ in decisione principali, quam in limitatione, dic ergo voluisse iure consul. quod si ex conuentione resultaret contractus innominatus do vt facias, do vt non facias, aut si apposita fuisset conditio donationis causa mortis, si non conualuere, ex quibus omnibus conditiones (adiectione legendum conditiones per ca. vt notatur. in l. legem. Cod. de pact. in l. certi conditio. ff. si certum peta.) nasci solent. Ita vt creditor in omnem euentum quod tradidit repetere debeat, non petantur vsuræ pacto nudo promissæ, quia cessaret ratio, cum periculum nullo suscepit. An autem Iure consul. sententia hodie reprobetur, dubium est. nam reprobanda videtur per cap. si. de vsur. in i. respons. Contra vero non videtur reprobari, per ea quæ scribuntur in l. fideicommissio. C. de

*transactio.* tu in hac re quid sentias cogita. Sextus casus habetur in *l. frumenti. Cod. de vsur.* ubi vsuræ nudo pacto promissæ ex frumento aut simili re mutuo dari solitæ (muneratam pecuniam excipio) peti possunt efficaciter. Cuius ratio à plerisque constituitur, quod eiusmodi res æstimationem incertam capiunt. *l. pretia rerum. §. si. ff. ad l. Falc.* cumque possit minoris vendi, quo tempore redditur, atque ideo dæmnum sentiret creditor, æquum fuit eum in hoc ipso iurare, & ut dicunt, releuari, ut scilicet nudo pacto vsuras sibi quæreret. hanc rationem spernit Ias. in §. *in personam. num. 67.* Istam æfferens, quod in frumento & similibus consistat necessarius vitæ vsus. Sed Ias. simul cum illis, quorum auctoritatem est secutus, fallitur, partim quia primam rationem ab illis neglectam scriptam comperies in *l. oleo. Cod. de vsur.* Partim, quia in pecunia numerata debuit locum habere, *l. frumenti.* quis enim non videt, pecunia (cui omnia obediunt) omnes homines quibus egent, omnia sibi quærere, hoc certe euidentiùs est, quam quod pluribus ostendi debeat. Septimus casus discitur ex *l. etiam. ff. de vsur.* ubi ad commodum Reipublicæ ex pecunia ciuitatis vsuræ nudo pacto promissæ debentur, quod ecclesiæ concessum etiam hodie nonnulli voluerunt. in *c. conquestus. extra. de vsur.* Octauus, qui quanquam omnino ut lissimus sit, ab Accur. tamen est omissus, est quando is cui pactum fit, damnum pateretur.

tur,

tur, pacto non obseruato. *l. & eleganter. §. seruus  
pactionis. dig. de dolo.* † quem hoc pacto declara-  
ra: rogabat seruus dominum, vt manumit-  
teretur, consensus dominus datus sibi centū.  
Titius pro seruo promittente cauit ea lege,  
vt si seruus manumissus in se obligationem  
transferret, quod & seruo placuit, manumit-  
titur à domino seruus, petit dominus centum  
à seruo, quæstionis est, qua actione dominus  
in seruum experiatur? Duo respondet Pom-  
po. vnum domino in manumissum actio-  
nem de dolo competere, alterum, si per pa-  
tronum steterit, quominus obligatio in seruū  
transferretur, exceptionem reo siue fideiussori  
aduersus patronum dari. Priori tamen Pōp.  
sententiæ res agatur Vlp. dicens actionem de  
dolo competere nequaquam posse, quomo-  
do enim competeret: vbi alia locum habere  
potest, scilicet ex stipulatione, qua expromis-  
sor (hoc loco expromissor, fideiussor, & reus  
idem significant) fuit obligatus? certe nullo  
modo. *l. 1. in fi. princ. illo titulo.* Quod si quis de-  
fendere cupiat Pompo. dicens verum esse de  
dolo non competere, alia data, alia inquā cui  
nulla obesset exceptio. Sed ex secundo Pom-  
ponij responso, posse reum aduersus patronū  
excipere. At nec adhuc prodesset talis defen-  
sio. Quod enim dicitur exceptionem aduer-  
sus patronum dari, hoc non est generale, sed  
solum quo casu per patronum staret, quomi-  
nus seruus in se obligationē susciperet. Vnde  
in Pom-

in Pompo. firma est hæc positio. Patrono actionem de dolo non dari contra manumissum seruum. Et si ex his inferas patronum igitur centum promissa non consecuturum? Respondeo consecuturum quidem ab expromissore per stipulationem, & illum expromissorem, qui damnum patitur soluens pro seruo, (quod non, nisi nudum fieri potuit. *l. quod attinet. ff. de reg. iur.*) aduersus illum de dolo acturum. Et si actio ex stipulatu contra expromissorem patrono inutilis foret, quia forte non esset soluendo. Reseruatur patrono actio de dolo, contra seruum manumissum, quia etiam patronus damnum pateretur, qui seruo careret. Vnde ex illa promissione nude per seruum facta orietur efficax actio, aut expromissori, si patrono satisfecit, aut patrono si ab expromissore non potuit exigere. Nec intelligas id pactum actionem producere propter coherentiam illius cum stipulatione expromissoris, quia inter alias personas si. bat, quia item accessoria erat stipulatio ergo &c. *l. si pacto quo pœnam. C. de pact.* sed ne damno alij afficiantur, vt Bart. ibi declarat. & recentiores in *d. §. sed cum nulla. vbi Ias. num. 18. & in d. §. in personam. num. 21.* Nonus casus est, quando pactum nudum id quod continet, quod paciscens iure tenebatur implere. *l. inter soceram. §. conuenit. ff. de pact.* Ias. in *d. §. in personam. num. 69. & in d. §. sed cum nulla. num. 29.* Verum virtus producendi act. onem non oritur ex solo pacto, sed

ex legis

ex legis præcepto, quare dici potest pactum conformatiuum vt diximus supra, in 5. præfatione. Decimus est, quando pactum nudum fieret in iudicio, Accur. in authen. generaliter. C. de episc. & cleric. Aret. Roma. Alex. in rubric. ff. de verb. oblig. Ias. in d. §. sed cum nulla. num. 19. allegatur l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideiusso. iuro. & cura. iuuant & q̄ commemorat Paul. à Castr. in l. omni. C. de testa. n. 3. & quæ de insinuatione donationis, de decreto iudicis suo cuiusque loco dicuntur, vbi iudicis auctoritate multa confirmantur, per quæ respondebitur his, quæ Ias. adducit in l. si conuenerit. nu. 21. ff. de iurisdic. omnium iudic. quæ etiam in d. §. in personam n. 71. Undecimus, quando pactum nudum deducitur in curia mercatorum, in qua ex bono & æquo agitur. Notat Barto. per l. quintus. ff. mandati. Ias. in d. §. sed cum nulla. nu. 11. & in d. §. in personam. nu. 70. † Aduertendum tamen nullam esse curiam, in qua non agi debeat ex æquo & bono, nisi fortasse tyrannorum, aut tyratarum. l. i. ff. de iust. & iure. Idcirco aliter quam Doctores intellige hanc limitationem, vt inter mercatores conuentio etiam nuda super his facta, quæ ad eorum statum & officium pertinent, debeat perinde obseruari, ac si stipulatio, aut quæuis alia iuris solennitas adesset, vereri vtique illi deberent quod allegauerint defectum solennitatis, vt probat. d. l. quintus. Idque propter commercium conferuandum, & vtilitatem publicam recte fuit con-

con-

constitutum, inde fit, vt non solum in foro mercatorum, verum etiam coram quocunque iudice eiusmodi nudum pactum à mercatoribus interpositum vim hab. at, cui semper causa iusta subesse videtur. Subsequitur mercatores de alio quam eorum commercio agentes non magis obligari nudo pacto, quàm alios. Duodecimus, quando pactum nudum fieret per principem cum subdito, aut cum hoste suo super iudiciis & pace, Bald. in cap. 1. num. 11. extra de pact. Ias. in d. §. sed cum nulla nu. 23. Hypolit. de Marsil. singul. 48. Francisc. de Crema. sing. 25. L. do. in consilio. 298. Ias. in l. quoties. C. de rei vendic. numer. 7. Ph. l. D. c. in cap. 1 de proba. Doct. in l. penult. C. de donatio. inter vir. & vxor.

† Huius ratio est, quoniam verbum principis non debet ociosum, vanum, & inefficax esse. l. digna vox. C. de leg. debent enim principes dicere quod dixi si credamus Petro Reb. ff. in titu. de regia ad prela nomina. pagin. 88. & in titulo. de forma manda. aposto. in princi. Decimus tertius quando iusiurandum subiiceretur pacto nudo. Ias. disputat. in l. si maior. Cod. de transaction numer. 23. neque hac de re conuenit inter D. ctoris. † Pato tamen satis de libera tum animum iu eiurando ostendi. P. as. rtm quando semel nude quid p. om. ff. in fact. ac postea iuratum est, declaratur enim repetita & germinata voluntas, vt dicebatur super constituto. Quare licet vulgo defendant scriptores pactum nudum non vestiri iureiu rando

rando, vt supra recensuimus, nihilominus contrariam sententiam veriozem esse existimo. Quod si ita est, minime conuenit hæc limitatio regulæ de pacto nudo positæ. Hic nõ iterabis quod supra, in prima præfatione pluribus ostendi aduersus Doctores, nec iure gentium scilicet, nec canonico fuisse vnquam vim vllam agendi pacto nudo datam. Quæ si vera sunt, vti vera esse existimo, certo certius est complures limitationes à Is. coaceruatas in d. 6. sed cum nulla. falsissimas esse, quales sunt prima, cum tota illius farragine. quarta, quinta, & duodecima, quæ ex falso illorum fundamento colligebantur, vt ostendi.

---

HÆC AD PRÆCIPVAM CONTRA nonam diuisionem pertinentia super nona parte gloss. explicantur.

S V M M A R I A.

- 1 Contractuum precipua diuisio in nominatum & innominatum.
- 2 Distractus itidem nominati & innominati.
- 3 Transactio ab Vlpia. definita conuentio est nominata contra Doct.

4. Delict.

- 4 Delictum nominatum, & innominatum reperiri.
- 5 Seruitutem nominatam & innominatam inueniri.
- 6 Contractus fiet mixtus si pactum contractus nominato iungatur.
- 7 Quod permutatio sit contractus innominatus.
- 8 Quod eadem sit nominatus septem vrgentes rationes.
- 9 Defenditur communis contra Fortu.
- 10 Species triplex est, quomodo & genus a Doct. triplex ponitur.
- 11 Donatio an sit contractus.
- 12 Donatio an sit nominata conuentio.
- 13 Donare & dare differunt.

**N**ona parte gloss. & sequentibus vires contractuum innominatorum explicat. Accur. Eam ob rem præcipuam hanc diuisionem contractuum plenissime docere constitui, primum eos diuidens, deinde membra diuisionis subdiuidens, tandem vim innominatorum respectu uorum ostendemus. Postea vero insignes differentias contractus nominati & innominati subiiciemus. Postremo quod supererit ex Accursiana gloss. prosequemur. † Contractuum, alius nominatus, alius autem innominatus, nominatus est cui à iure nomen specificum & proprium inditum est, l. in fi. l. iuris gentium. in principio. ff. de pact. vt emptio



emptio venditio, locatio conductio, pignus, stipulatio, societas, mandatum, commodatum, mutuum, depositum, constitutum, emphyteutecarius contractus, & feudalis. Nec referre puto, an nomen impositum fuerit, iure gentium, civili, an etiam pretorio. quare dixerim Bald. non omnino bene censuisse. *in c. fi. de causa possess. nu. 5.* asserentem eam conventionem innominatam esse, cui ex consuetudine datum fuerit. Consuetudinis enim & legis scriptæ eadem est vis: *l. de quibus. ff. de legib.* Innominatus est; qui non transit in specificum & proprium contractus nomen. *d. l. iurisgentium. versic. sed si in alium.* cuius exempla ex subdiuisione intelliges. Ita & distractus <sup>2</sup> est nominatus, vt acceptilatio, nouatio, solutio: aut innominatus, vt pactum de non petendo. *leg. vbi pactum. Cod. de transactio. leg. siue apud acta. Cod. de transact.* Bart. in *l. i. §. i. ff. de pact.* Rectius autem appellasset transactionem distractum; quam contractum, hæc enim tendit præcipue ad liberandum; licet ea plerunq; remaneat vis obligandi, vt aliquid detur. Arbitror <sup>3</sup> etiam transactionem de qua <sup>3</sup> *in eo tractatu & in l. i. ff. de transact.* esse conventionem nominatam, habet enim & proprium nomen & specificum effectum sedandi & componendi controuersias iudiciales. Et si aliquando transigendi verbum sit generale ad omnem liberationem pertinens vt, *l. i. §. conuentionis:* illa profecto non est quæ defini-

nitur. in d. l. 1. vt Vlpian. his verbis ostendit, qui  
*transigit*, inquit, *de re dubia transigit*, ac si diceret,  
 transactio est de re dubia transactio, vbi nisi  
 priore loco stricte sumpseris, vt differat à pa-  
 cto de non petendo, siue ab aliis modis libe-  
 randi, posteriore loco largius interpreteris,  
 confiteri oportet, Vlpianum idem pro diuer-  
 so definiendo vsurpasse & proinde non defi-  
 nisse quod dici solet, idem per idem diffinisse  
 quam acceptionis differentiam neoterici in  
 rubric. de transact. non deprehenderunt. Est  
 4 † & delictum nominatum & innominatum  
 Barto. in l. nunquam. ff. de prius. delict. Ias. in  
 l. si familia. num. 3. ff. de iurisdic. omnium iu-  
 5 dic. Et † seruitutes alix nominatæ, alix inno-  
 minatæ, Bald. in rubric. C. de vsufruct. n. 3. Ias. in §.  
*æque. Instit. de actio. nu. 14.* Sed aduersus hanc no-  
 stram diuisionem obiiciet quis contractum  
 inueniri, qui nec sit nominatus, nec innomi-  
 natus vt in l. cum te. C. de pactis inter emptorem &  
*venditorem. l. Aristo. ff. de donat.* secundo dicit  
 esse contractus innominatos, qui habent no-  
 men elegans & specificum vt permutatio,  
 donatio. tertio innominatos contractus do-  
 vt des, & eius generis alios nomē habere, quo  
 inter se dignoscantur, cum alius sit do vt des  
 ab eo, qui est facio vt facias. Verumenim ve-  
 ro fateor quidem in allegatis duabus ll. repe-  
 6 riri contractum † qui neq; prorsus nomina-  
 tus sit, neq; innominatus, sed mixtus, quādo  
 scilicet nominato cohzret nudum pactum  
 quo

quo ad contractum relato aliquis innominatus correlatiuus resultat, nec ideo diuisio insufficientis erit, nonnunquam enim sub simplicibus mixtum continetur. §. *omnium. iuncto* §. *quadam. Instit. de actio* Doctores in *l. 2. in princ. ff. de verbor. obligat. per l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthumis.* Secundę obiectioni responderi non potest, nisi prius discussis duabus illius quæstionibus, an permutatio, & donatio sint contractus innominati. † Communis conclusio est permutationem esse contractum innominatum. *gloss. rubric. cui fere Doct. omnes consentiunt. Cod. de rerum permuta.* Hęc conclusio primū confirmatur, quod ex permutatione oriatur præscriptis verb. actio. §. *actionum. Instit. de actio. l. naturalis. §. & siquidem. ff. de præscript. verb.* Sed ex quolibet contractu nominato propria & peculiaris actio datur eiusdem nominis cum contractu, vt probabitur infra, ergo &c. Item præscriptis verbis actio nascitur ex negotio, cui non est impostum vsitatum & proprium nomen. *l. 2. l. 3. ff. de præscr. verb.* Et cum ex permutatione oriatur, concludendum est nullum illi nomen vsitatum &c. Huc etiam pertinet. *l. iurisperitorum. vers. sed si in alium,* quæ loquens de contractu innominato, & qui in al. ud nomen non trās- iuit, exemplū ponit in permutatione. 4. hęc sententiam iuuat, quod permutatio conueniat cuiq; negotio in quo huic inde res præstentur. *l. ita constat. ff. de iure dot. iuuat Et l. 1. sup.*

eod. Quinto accedat *l. i. ff. de rerum permutatio-  
ne*, vbi ex nudo consensu permutationis ob-  
ligatio non nascitur, quia inquit, illud in his  
duntaxat receptum est, quæ nomen suum  
habent, dicit ergo permutationem nomen  
suum non habere. Sexto ex contractu nomi-  
nato non habet locum condictio ob causam  
*l. inciuile. Cod. de rei vendi.* sed in permutatione  
condictio illa locum habet. *d. l. naturalis. §. 1. &  
d. l. i. in fi. de rerum permutatio.* Contrariam ta-  
men sententiam accuratissime defendit Fort.  
Garc. in *d. l. iurisgentium. nu. 14. supra, de pact.* cui  
non desunt vrgentes rationes. † Prima desu-  
8 mitur ex §. *item pretium. Institut. de emptio. &  
vendition.* vbi ait permutationem propriam  
esse contractus speciem à venditione separa-  
tam, non remansit ergo in generico nomine,  
quare nominata vocabitur. Secundo quod  
permutatio sit species conuentionis, facit quod  
non omnis conuentio sit permutatio, vt pa-  
tet de stipulatione, de mutuo, si ergo species  
est conuentionis transiit in aliud nomen, er-  
go contractus nominatus erit. *d. l. iurisgentium.  
& l. i. in fi. supra, de pact.* Tertio eodem pertinet  
quod conuentio do vt des sit genus respectu  
venditionis & permutationis, *d. l. naturalis. §.  
& si quidem. de prescript. verb.* Quarto adducitur  
*l. i. ff. de rerum permut.* in qua complures diffe-  
rentiæ constituuntur inter permutationem &  
venditionem, ideo non se habet sicut genus  
& species, quoniam inter genus & speciem  
non

non datur differentia specifica autore Bart. in  
*l. i. ff. de acquir. possessio. erit ergo permutatio spe-*  
*cies, & non genus, consequenter specificum*  
*nomen habere dicetur. Quinto allegatur l. i.*  
*supra eodem, ubi post longam iure consul. dis-*  
*putationem tandem obtinuit opinio, quod*  
*fit species distincta à venditione, imo vero*  
*quod emptio sit generalior, quia quis res su-*  
*as vniuersas vendere non autem permutare*  
*potest ergo &c. Sexto permutatio sua defini-*  
*tione à cæteris conuentionibus distinguitur,*  
*& separatur, dicitur enim, certæ speciei hinc*  
*inde facta præstatio secundum Hostien. & A-*  
*zo. non est igitur genericum nomen. Et con-*  
*sequenter nominatus contractus dicendus*  
*est hæc sunt vrgentiora Fortu. argumenta, cæ-*  
*tera aut leuia sunt. Septimo dices fundamē-*  
*ta ad communem confirmandā allegata non*  
*concludere. Nam vt primæ satisfiat, licet ex*  
*permutatione oriatur præscr. verbis, nō tamē*  
*sequitur, quin fit contractus nominatus, &*  
*iura allegata dicunt quidem eam actionē ex*  
*innominatis oriri, sed minime negant ex in-*  
*nominatis dari. Quod autem dicunt ex quo-*  
*libet nominato dari propriam & specificam*  
*nominis actionem utique verum non est, i-*  
*mo vero stipulatio, mutuum, fideiussio, nul-*  
*las haberent proprias actiones, sed ad gene-*  
*ralem recurritur, quoties agere opus fuerit, i-*  
*dem iudicandum de permutatione. Hoc etiā*  
*modo dissoluetur secundum argumentum.*

Tertio argumento communis opinionis responde. *in eo. § sed si in alium.* innominati contractus exemplum poni in contractu do ut des, & non in permutatione, quæ non potest consistere, nisi hinc inde fuerit facta præstatio, est n. contractus qui celebratur, alias dices, nō permutatio, sed conuentio de permutando dici debet. Quartā dissolues rationē, si negaueris permutationem esse genus ad omnes conuentiones, quibus vtrinq; aliquid præstari oporteat. Porro ad *l. ita constans*, respondebis, verbum *permutationis* capit generaliter, & non proprie, sed secundum primariam suam originem, vt in *l. de cap. diminutio. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered.* inuenta autem venditione, permutationem fines suos habuisse, & ad specificum contractum fuisse restrictam. *d. l. i. supra eodem.* vt dicitur de emptione, cuius nomine hanc si improprie sumas, omnis alienatio intelligitur. *l. statuli-beri à ceteris. §. Labeo. ff. de statuli-ber.* & tamen ea ipsa proprie sumpta distinctam cōstituit speciem. Quintam hoc modo refutandam censes, licet venditio habeat nomen suum, & proprium, permutatio vero minime, illud tamen ideo fit, quod permutatio non denominatur à conuentione, ex qua statim oritur actio, at emptio & venditio eius conuentionis nomen fortitur, à qua confestim nascitur actio, nomine suo distincta, ex empto, scilicet & vendito, ideo vult text. ex solo consensu à vendi-

venditione produci actionem, quia suo nomine distinguitur, scilicet ex sola conuentione, non tñ ob id inferendum est permutationem carere nomine, modo res ipsa interueniat. Sextæ respōderet ex contractu nominato conditionem ob causam dari posse, q̄ & in venditione ostendi potest. *l. cum te. C. de pactis inter empt.* & idem dicemus & in permutatione at *in l. inciuil. allegata* nullum pactū appositum fuit, quo nō obseruato illa cōditio dari solet. Ex superioribus debilitata videtur communis opinio, quib. pro Fort. adde quod omnes post Accur. *in d. l. 1. C. de rerum permuta.* distinguunt permutationem à contractu do vt des, nec omnem reciprocam præstationem vocant permutationis nomine nisi certa species cum alia certa specie commutetur, ideo certa & specifica forma permutationi data fuit. Accedat quod vltra Doctores supra diximus de transactione, quæ si in sua specie p̄ illa non gratuita pactione, qua lites deciduntur, sumatur, nominata conuentio est, ita hæc permutatio ad suam specificam formam reducta, conuētio nominata dici debet. † At vero neq; per hæc quæ addidimus fundamēta, abduci possumus à communi sententia rationes tñ adductas contra eam diluere necessum est, ex quibus, quæ sunt Fortu. eodem tendūt omnes, vt scilicet permutatio conuentionis species ostendatur. Sed hoc non satis est, quia etiam do vt des, facio vt facias, species

sunt conuentionis distinctæ à venditione, & ab aliis nominatis, vt in d. l. naturalis. iur. econl. docere contendit, in super non recte satisfuit rationibus, quæ ad communem stabiliendâ addactæ fuerunt. Itaque vt hoc totum negotium componamus, aduertendum est ¶ genus & speciem variis acceptionibus vsurpari, Canis aliud generalissimum, aliud subalternum, aliud vero inferius: Bart. in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. quem ibi Paul. Castr. sequitur, dicens Bart. loqui secundum dialecticos, annotarunt omnes in l. 2. §. 1. ff. si certum petat. Tu eodem modo diuide speciem in specialissimam, subalternam, & superiorem. Generum exempla à Doct. ponuntur hæc, substantia, animal, homo. Tu specierum exempla declarato. specialissima est, quæ non habet aliam sub se vt Titius, secundû legistas loquor, subalterna, quæ alias se inferiores habet, vt homo, superior est animal. Cui consequens est, eadem vox genus dicatur, & species etiam, licet diuerso respectu, prout glo. in rub. ff. de vulga. vocat species substitutionum directarum, genera eodem modo permutatio, quæ & genericum nomen habet potest vocari species, sed subalterna, aut superior. Quo facto fundamento facillimum est respõdere rationib. Fort. Ad primam enim fateor permutatione specie esse cõuentionis, sed vt dixi, superiorẽ, & nomẽ genericũ habentem. Eodẽ modo respõdetur secundæ. Verum replicabit quis p. Fort.



Fort. quod si fateamur esse speciem, & genus, æquè dici debebit nomen specificum, ac nomen genericum habere, aut reddenda diuersitatis ratio. Secundo emptio & venditio est etiam species subalterna, hæc enim continet venditionem vini, & venditionem mulæ, quæ licet sint indiuidua, apud nos tamen vocantur species, ideoq; nominata conuentio non esset. Tertio si dixerimus permutationem esse genus, quænam erunt eius species? rogabis, cum permutatio conuentionem significet, qua hincinde certa species præstari debet. Si his clarè satisfaciamus communis sententia tutissima fuerit. Itaq; responde, in primis nomen permutationis potius dici genericum, quam specificum, & à generico potius denominari propter naturam illius est effectum, quia pœnitentia locum habet, & actionem genericam præscript. verbis parit, & à fructibus eorum regnoscetis eos. Secundæ, concedendo emptionem & venditionem esse etiam genus inferius & speciem subalternam. Sed nomen ab hac specie desumi, propter effectum specificum & proprium, quem habet, parit enim actionem ex empto & vendito. Ideo Vlpian. ait *in l. iurisgentium.* quæ pariunt actionem in suo nomine scilicet generico nõ stant, & ob hoc debent nominatæ dici propter partam actionē specialem & propriam. Tertiz respondeo species permutationis esse omnes conuentiones, quibus vtrumque res

pæstari debet seu species fuerit, seu quantitas  
 certa aut incerta, vt probat *d. l. naturalis. §. 1. vbi*  
 loquens de contractu do vt des, ait, quia pla-  
 cet permutationem, &c. In venditione, in lo-  
 catione & qualibet conuentione reciproca  
 permutatio reperitur *d. l. 1. de capi. dimis. d. l. ita*  
*constante.* Quod manifestum est eorum exem-  
 plo, qui sacerdotia inuicem commutant, nul-  
 la re data, vel retenta toto tracta. de rerum per-  
 muta. extra. non ergo requiritur datio certæ  
 speciei reciproca, vt infra dicitur. Tertium  
 fundamentum Fort. etiam dilui potest, quod  
 falsum sit permutationem speciem esse con-  
 uentionis do vt des, imo ediuerso do vt des  
 speciem esse permutationis certum est, vt an-  
 te dixi, nec meretur allegari *d. §. Et si quidem.*  
 quod conuentio do vt des sit genus i respectu  
 venditionis, imo text. ait esse prorsus diuer-  
 sa, quia in venditione res vendita non est dan-  
 da, sed tradenda *l. fin. Digest. de condic. ob causam.*  
*l. 1. lex empto. Digest. de act. empri. infra.* Ad 3. fa-  
 teor in *d. l. 1. Digest. de rerum permutat.* differre  
 quidem venditionem à permutatione, non  
 tamen specificè, sed tanquam genus & spe-  
 ciem, quæ differentia est in quantitate secun-  
 dum Ioan. Andr. in *cap. accusatus. de hered. in 6.*  
 & Dominic. in *consil. 6.* Et si dixerit cum ven-  
 ditio sit species permutationis, verum erit i-  
 gitur venditionem esse permutationem, Cum  
 autem permutatio sit contractus innomina-  
 tus, vt est communis opinio, dicendum est  
 vendi-

venditionem esse cōtractum innominatum? Respondeo omnem emptionem & venditionem permutationem esse. Præterea aliquam permutationem esse nominatam, quādo scilicet transit in nomen specificum, vt quando resultat venditio, quando item locatio, at non de illa, sed solum de permutatione, quæ in aliud nomen non transiit, agimus. Ad 5. fateor permutationem distingui à venditione: præterea permutationem esse conuentionis speciem, sed quia species est, aut subalterna, aut superior, & similiter genus est, à nomine generico denominatur, vt supra diximus. Quod autem dicitur permutationem fieri non posse de rebus vniuersis, hoc ego inficior. nam in venditione hæreditatis permittitur hæreditas cum pecunia: vt vere sciunt qui dicunt se iudicādi munus, ac potestatem, seu vt dici solet, officium iudicaturæ nō emis- se quidem, sed permutasse pecuniam cum of- ficio. Sed illi viderint. nam vocabula non sal- uant conscientiam: Bald. *in l. 2. §. in mutui. ff. si cert. peta.* quæ res licet multis curæ non sit sus- pitione tamen illi non vacant, Si Bart. & Bal. creditur *in l. 2. in fin. de iur. leg. lib. 11.* vbi notan- dum monent his verbis: qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet animum malefa- ciendi, & ind bite lucrandi. Quæ labe mi- nime grassata est in Aragonia, vbi magistratus sorte, dignis tamen prius aliquot prælectis, conceduntur. Vtinā hic mos vester laudatissi-  
mus

mus vbiq̄ue obseruaretur ! melius equidem  
 reipub. Christianæ prospectum iri iudicarem.  
 Verum quid facias ? nisi exclamare cum Tul-  
 lio, Martiali & Iuuenali: ô mores! ô tempora!  
 Det Deus his quoque finem. Ad 6. rationem  
 respondeo definitionem citatam ex Host. et  
 Azo. quandam esse descriptionem nō omni-  
 no cum suo definito recurrentem. definitio-  
 nes enim periculosæ sunt. *l. omnis definitio. ff. de  
 reg. iur.* vera tamen definitio infra describetur.  
 Sed etsi ea definitio esset, non ob id inferitur  
 permutationem esse nominatam conuentio-  
 nem, do instantiam de pacto quod definitur  
*in l. 1. supr. de pact.* & tamen non est conuentio  
 nominata. Ad 7. qua dissoluebantur rationes  
 & fundamenta pro communi deducta. Dico  
 non omnino bene satisfactum fuisse, imo ve-  
 incidit Do. Fortu. alioqui perspicacis ingenij  
 vir, in complura absurda respondebat primæ  
 & secundæ quod imo contractus nominati  
 producebant actionem præscript. verb. nec  
 erat vlla lex, quæ id negaret. Ecce primam in-  
 conueniens, quoniam satis negatur per le-  
 gem si nulla lex illam oriri dicat, paria enim  
 sunt aliquid sine lege dici, aut contra legem  
 dici, autore Bald. *in cap. in Genesi. de electio. extra.*  
 Et dum dicebat quosdam esse contractus no-  
 minatos, qui suam propriam actionem non  
 habeant vt sunt: stipulatio, fideiussio, hic er-  
 ror in eo tollerabilis est, quia plerique antea  
 ita senserunt. At pace omnium dixerim, no-  
 minati

minati omnes specificam actionem habent,  
vt audies infra in 5. differentia contractuum.  
Tertium diluebat sic: *in d. §. sed si in alium.* non  
fieri mentionem de permutatione, sed de cō-  
tractu do vt des, quem dicit esse genus ad  
permutationem, sed falsum est, vt supra dixi,  
imo hæc vox permutatio superior est. Et dum  
inquit permutationem non fieri, nisi re inter-  
ueniente, fallitur, quia conuentio de rebus in-  
uicem præstandis, permutatio est, licet non sit  
efficax, nisi re interueniente ab alterutro *l. ex  
placito. Cod. de rerum permutatione.* Et omnes fa-  
tentur permutationem interuentu rei vestiri,  
atque in dubium reuocant, an ante rei inter-  
uentum producat obligatio naturalis, quæ  
omnia frustra proponerentur, si nondum ex-  
taret, vnde colligi posset permutationem non  
esse contractam, qui re celebretur, & proin-  
de definiri conuentionem esse qua res aliqua  
hinc inde præstari debeant *l. 1. ibi, multumque  
differunt,* eorum præstationes, &c. de rerum  
permutatio. Cæterum hæc apertius infra in 3.  
differentia tradentur. Ad 4. rationem respon-  
debat, permutationem improprie sumptam  
genus esse: vt *in d. l. ita constante, &c.* Sed hæc di-  
stinctio est refugium miserorum vt ait gloss.  
in *l. filium quem habentem.* nullum etenim  
reperias verbum bifariam capi, proprie, scili-  
cet & improprie, nisi quando proprie habet  
vnum effectum, quando vero improprie al-  
terum, hæc autē permutatio semper eiusdem  
est na-

est naturæ & effectus. Ex quibus dissoluitur quod de venditione adducebatur, quæ in d. §. *Labeo.* improprie capitur, alteriusque naturæ est, quam si proprie caperetur, ideo inquit text. *complecti videtur.* Ad §. licet cumulando posset ille text. evitari, attamen Iurisconsultus mens haud obscura est, quod permutatio nomen suum proprium & specificum non habeat, quo proprium & specificum operetur effectum. Postremo non existimat absurdum ex nominato contractu conditionem dari ob causam. Sed cum lege non caueatur, sed reprobetur potius, non puto hoc admittendum. Sic fit, ut quæ Fortu. in communem Doctorum sententiam afferebat nullo modo ob sint. Restat scrupulus virgentior, ex eo quod pro Fortu. adduximus permutationem scilicet esse restrictam ad reciprocam præstationem speciei certæ ad certam. Sed neque ratio concludens est. Primo quia illam formam scribit glo. cuius auctoritas est probabilis tantum. Secundo etsi Iureconsultus hoc assereret, cum non dederit illi tunc specialem effectum nec propriam actionem remansisset tamen innominata *per d. l. iurigentium.* in illis verbis, *quæ actiones pariunt, &c.* Aliud iudicandum tibi esset in transactione, quæ cum definitur in *l. 1. ff. de transact.* alium effectum habet, alium vero large sumpta pro quocunque actu scilicet liberatorio supponens. Et licet transactio proprie sumpta actionem non pariat, id

contin-

contingit, quod distractus sit & principaliter ad liberandum tendens, vt supra dixi, hæc de permutatione, quæ defenditur, conuentio innominata. Reliquum est vt de donatione nonnihil dicamus, cuius varie sunt sententiae. Prima Accursij afferentis in *d. l. iurigentium. in principio supra. de pact. in l. fina. supra, de condictio. ob causam. in l. in adibus. §. 1. Digest. de donatio. in l. 2. Cod. de condict. ob causam*, iure Digestorum fuisse contractum innominatum, sed hodie quia sola conuentione perficitur esse nominatum. Et hanc sequitur Fortu. in *d. l. iurigentium. num. 24.* Secunda est opinio Bar. Bald. Ang. Paul. Alexand. asseuerantium semper fuisse contractum nominatum. Tertia Alber. Fulg. Raph. Ludo. & Ias. in *d. l. iurigentium. quem vide num. 8.* defendentium semper fuisse contractum innominatum. In hac tanta opinionum sylua veritas prius inueniri nõ potest, quam rationes Fortu. quibus dubitauit, † an donatio esset contractus, sustulero. Quæ tamen si permultæ sint, ad duas tamen commode redigi possunt. Prima sit igitur quod contractus sit conuentio tendens ad obligandum *l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. signific.* Sed cum donatio sit conuentio, quæ re celebretur *l. senatus. §. donatio. Digest. de donat. caus. mort. obl. gatio nulla oriri potest non ante rem traditam, quia non est donatio, non re tradita, quia iam donator satisfecit, & hanc rationem septies ille repetit. Secundo adducit*  
textura

textum *Instit. de donatio.* dicente Iustinia. est & aliud genus acquisitionis non dixit Imperator genus conuentionis, ait Fort. Ideo significatur esse quidam actus liberalitatis executiuus absque forma conuentionis. Sed neque temouean, & dicito donationem esse vere & proprie contractum. Primo per *l. cum donatio. C. de eo quod met. causa. l. si quis emptionis. Cod. de prescript. 30. vel 40. anno. & ibi Doct. notant.* Secundo allego text. cui vel Apollo non responderet, licet ad præcedentes Fort. satisfacisse patet, in *l. contractus. C. de fide instru.* ubi ait Imperator, contractus venditionum, donationum, &c. Tertio allego *cap. praterea in 2. quod etiam valde vrget. de iure patro. extra 4. l. si quis argentum. §. sin autem.* ubi agitur de conuentione donationis, nulla habita ratione traditionis, aut stipulationis, licet inefficax antea fuisset, quando nuda conuentione fiebat, extabat nihilominus, & cum tenderet ad obligandum, contractus erat dicendus. Adde *l. cum qui. ff. de dona.* ubi vocatur contractus stricti iuris. Et certe fundamenta illius leuia mihi videntur. Quibus vt respondeam, fateor contractum eo inuentum fuisse, vt obligationem pariat, licet multi sint vere contractus, qui actu nullam producant, præsertim si lex illis resistat *l. si non sortem. ff. de condict. indebiti. l. non dubium. Cod. de legi.* aut fradijciatur conditio, item contractus innominati respectui, vt quibusdam placet, ne naturalem quidem pariunt ante



ante interuentum rei, & tamen contractus sunt. Et donatio quidem ad obligandum tendit, primum si fiat cum stipulatione *l. cum ex causa. ff. de re iudic.* quemadmodū dicitur de fideiuffione, quæ licet sine stipulatione fieri nequeat, nihilominus contractus dicitur. Item quando causa mortis fieret, obligationem inducit post mortem donantis, insuper hodie sola conuentio dandi obligat efficaciter, & sola ciuilis obligatio fuit *per §. sin autem adiuncta.* Quod vero dicitur donationem re celebrari, falsum est: quia licet donatio sit donatio *per d. l. senatus.* tamen illa datio potest remanere in sola conuentione, & destinatione nulla re interueniente, vt contractus do vt des, qui vere contractus est ante adimplementum, licet robur & efficaciam non habeat, nisi traditionis, aut stipulationis solennitas sit adhibita *l. ex placito. Cod. de rerum permutatione.* & cum hic non de efficacia, sed de nomine disceptetur, concludendum est, ante adimplementum donationem sola conuentione constare. Et dum pro secunda ratione allegatur *§. est & aliud. Instit. de dona.* dico quo licet vocetur donatio genus acquisitionis, non propterea negatur esse contractus: quia venditio genus quidem est acquisitionis *§. venditæ. Instit. de rerum diuisione.* & tamen contractus est. Superest nunc tractetur illa præcipua difficultas, † an scilicet donatio nominata, an in- 12  
nominata sit contractus. Ad hanc tres varias

attulimus opiniones. Prima quod olim innominatus fuerit, hodie nominatus iuuatur quod ubi nominati sunt in rerū natura, producenti actionem *l. iurisgentium. in principio*, sed donatio olim non producebat, hodie autem producit *d. §. fin autem. ergo, &c.* Secunda opinio quod semper nominatus fuerit, fulcitur quod semper donatio nomen elegans & specificum habuerit, item quod neque olim in donatione locus erat pœnitentiæ *l. Aristo. ff. de donatio*. Tertia quod semper fuerit innominatus, confirmatur quod donatio sit genus vt ex definitione legati dignosci potest *l. legatum. ff. de leg. 2. §. 1. Institut. de lega.* quod si genus est, non specificum nomen, sed genericum habet. Adde quod donatio sub se continet varias species nempe donationem causa mortis inter viuos, legatum, donationem ob causam. Præterea donatio causa mortis innominata dici debet cum in ea pœnitentia locum habeat *l. non omnis. Digest. si cert. pet. a. idem quoque iudicium. de donatio, ob causam. l. si pecuniam. Digest. de condict. causa data*. His accedit quod nec etiam hodie donatio producat actionem propriam, & specificam sed generali actione, quæ condictio ex lege dicitur, vtendum est *l. vnicè. Digest. de condictio. ex lege*. Quare non aliud de hac, quam supra de permutatione diximus, statui potest. Quinto accedat *§. est & aliud. Institut. de donat.* vbi donatio genus est acquisitionis quod cum ita sit, quomodo specificum

specificum nomen habere potest. Sexto donatio consistit in pacto de non petendo, in remissione debiti *l. Aquilius. ff. de dona. l. si mulier. Digest. de condictio. ob caus. vbi remittere est donare.* Et hodie etiam in Francia videtur necessaria insinuatio in remissione debiti, prout in donatione. Cum ergo pactum de non petendo, & renuntiatio sint conuentiones innominatae, & donatio sit illis superior, dicendum erit donationem etiam innominatam esse. Septimo facit quod fundamenta aliorum opinionem nihil urgeant. Quorum duo ad confirmationem secundae opinionis adducta facile rolluntur, primū erat quod donatio nomen specificum, &c. Respondebis elegantiam nominis nihil facere sine specifico effectu, vt dixi de permutatione. Alterū quod in donatione non sit locus pœnitentiæ soluitur varijs modis. Primo q̄ donatio vnus tantum gratia fiat, regula autem, quæ vult in innominatis pœnitentiæ locum esse, loquitur de his, quæ vtriusque gratia fiunt: verum neque tuta est hæc solutio, quoniam omnes contractus innominati qui admittant pœnitentiam, gratiam eius solius respiciunt, in quem adimplementum factum est. Secundo dissoluunt alij quod in donatione non admittitur pœnitentia, quando res semel tradita est, & sic res non est integra, secus ergo ante, hanc probauit Fort. in *d. l. iur. gentium. n. 27.* Sed Ias. ibi, vtrinq; impugnat recte, primo, quia ante traditio-

nem donatio non extat, si Fort. & alijs credamus, qui voluerunt eam perfici re. Præterea in contractibus innominatis res integra est, etiam re tradita, respectu illius qui tradidit, quia repetere potest ex capite pœnitentiæ l. 3. §. 1. ff. de condict. ob caus. cur ergo in d. l. *Aristo.* pœnitere non esset liberum, si donatio innominata esset? Vnde Ias. respondet in contractibus respectiuis siue correlatiuis, pœnitentiæ locum fore. Sed in non respectiuis secus vt infra examinabis. Interim hæc solutio Ias. non mihi satisfacit, quia in d. l. *Aristo.* contractus erat respectiuis datur enim seruus vt post quinquennium manumitteretur neque vero tanta disputatione hic opus erat, quia non est id consequens, pœnitentia locum habet, ergo est innominatus, aut contra, vt audies infra in secunda differentia, & sic videtur. Secunda opinio infirmis inuicti fundamentis. Prima opinio confirmabatur, quod hodie donatio producat actionem §. *sin autem.* Secundum primo diceres ibi esse speciale fauore liberalitatis conseruandæ, argu. cap. 3. de iure patro. vbi Panor. Præterea non est consequens, producant actionem quamprimum extant, ergo est nominatus, si eis credamus, qui defendunt contractus innominatos nūquam extare, nisi re interueniente. Quibus omnibus perspectis tertia opinio apparet valentibus stabilita argumentis. Illi tamen nobis visa est anteponenda secunda asseuerantium donationem conuenio-

uentionem semper fuisse nominatā. Cui confirmandæ & nouam rationē addemus, & noue rationibus recentiorum respondebimus. noua isthæc vanis lectoribus perplacent, tibi vero gratius ut sit, consulto quod verum est, & à fucō semper alienum. Cogita donationem semper fuisse efficacem conuentionem adhibita solennitate per legem illi data quæ erat stipulationis aut traditionis, hodie vero etiam efficacem absque tali solennitate, quæ remissa fuit per *d. §. sin autem. quem posses* nouo sensu sic expuere, ut in donatione nihil fuerit hodie additum sed solum fuit remissa solennitatis necessitas, proinde solo pacto nudo facta donatio est efficax. Quis ergo credat ante tempora *l. si quis argentum.* donationem prorsus inefficacem fuisse, certe tractatus ille pandectarum de donatio. parum profuisset. Fortasse dicet quis, si donatio antea sine stipulatione non obligabat, dicemus donationi robur nullum datum fuisse, sed stipulationi. Audi quæso, quid dicemus de fideiussione? quæ proculdubio sine stipulatione parum prodest *l. blanditus. C. de fideiuss.* & tamen vere contractus est nominatus. Dic ergo, quando donationi adiciebatur stipulatio, donationem fuisse efficacissimam ante rem traditam, & ex ea actionem oriri non ex stipulatione quod ostendo quia quando conueniebatur donator, illi competeabat beneficium ne conueniatur nisi quatenus facere potest *l. qui ex*

*donatione. ff. de donatio. l. cum ex causa. ff. de re ind. pulchre Deci. in regula diuus Pius. Digest. de regu. iur. quod non d. ceres sane, si quis ex stipulatione conueniatur. Diceret fortasse peruicax aliquis in huiusmodi donationibus, in quibus hoc priuilegium competebat, non intercessisse stipulationem. Sed animaduertatisse, hoc si ita est, nullo modo potuisse conueniri, & non eguisse priuilegio. Repl. licabit alter, quod quando donationi apponebatur stipulatio, ex ea oriebatur actio, non ex donatione, quemadmodum dicitur in mutuo *l. si ita fuero. §. 1. ff. de nouat.* Verum enim vero ex *l. sequenti.* deprehendes solutionem, quæ ait illud procedere, quod numeratio causa implendæ stipulationis facta videatur. Sed in specie nostra, & in fideiussione, contra est. nam stipulatio fit causa perficiendæ donationis, & fideiussionis, ex quibus ostensum est, donationem olim efficacem conuentionem & contractum specialem & nominatum fuisse. Videamus nunc quam vim habeant neotericorum rationes in communem sententiam ductæ. Primo dicebant donationem esse genus in definitione legati, demus ita istud, sed quando fit in legato non est contractus, nihil mirum videri debet si non sit tunc nominatus, & licet genus sit, est tamen & species subalterna, quando fit in conuentione, & specificum nomen habet, & effectum etiam, vehementerque differt à cæteris contractibus *toto titulo de donatio. Ad**

secun-

secundum fateor varias esse species donationis, nihil tamen obest, quin & ipsa donatio species sit saltem subalterna, & inferior conuentione quod satis est: alioqui dicendum esset venditionem speciem non esse, quæ sub se varias species habet. Idem & stipulatione, quæ in membra complura distribuitur §. *omnis. Instituta, de verb. obligat.* Ad tertiam rationem, qua ostenditur complures esse species donationis innominatas eo quod in eis pœnitentiæ locus sit, veluti in donatione causa mortis, in donatione ob causam. Respondeo licet donatio causa mortis fuerit reuocabilis, non propterea debet dici conuentio innominata, quia eadem ratione mandatum, societas esset innominata, quod minime verum est & donatio ob causam non reperietur iure reuocari posse ex capite pœnitentiæ, vt euidenter probat *dict. l. Aristot.* Et falso persuadetur per *dict. leg. 3. §. 1. per dict. leg. si pecuniam.* donationem ob causam per pœnitentiam reuocandam esse. Illa namque iura loquuntur de donatione ob causam, & † plurimum differunt, 13 donare, & dare: quia dat aliquis etiam ex causa onerosa, dat emptor pretium, quia dominum transfert §. *sic itaque discretus. Institut. de actio.* & falsum est quod donet pretium, quia donatur aliquid ex liberalitate *l. donari videtur. Digest. de dona.* Fateor tamen donari posse ob causam, *toto titulo. de donatio. quæ sub modo,* & ex capite causæ non secutæ posse reuocari.

cari. Sed propterea non potes inferre, eam esse conventionem innominatam, vt dicemus infra in vltima differentia. Ad quartam aliter respondeo quam Doctores existimantes pro donatione solum conditione ex *l. si quis argentum*. agi posse. Dico enim, ex donato vocari, per quam agatur contra donatorem. Si enim ex venditione nascatur actio ex vendito, ex stipulatione, actio ex stipulatu. Cur non dicam ex donatione oriri ex donato? nam conditio ex illa *l.* non poterat ante illam *l.* conditam competere, & tamen dabatur actio *l. qui ex donatione. l. eum qui. ff. de donatio.* & text. in §. *sin autem.* solum remisit solennitatem stipulationis iure Digestorum necessariam, non autem actionem nouam constituit, sume tibi vnum simile, Actio ex testamento datur, ex testamento solenni, finge in aliquo casu remissam solennitatem, quia inter liberos. Dabis filio agenti ex testamento non solenni, conditionem ex lege? certe non, quia sufficit actio ex testamento. Quod si quis nullo persuasus iure, aut quod est deterius, nulla motus ratione maluerit cū Doctoribus asserere dari conditionem ex lege, quando donatio pacto nudo facta est, per illum §. *sin autem.* adhuc illa conditio non esset generalis, sed esset conditio ex *l. si quis argentum. §. sin autem.* & consequenter effectum specificum, & actionem propriam produceret. Ad quintam licet donatio sit genus acquisitionis, tamen est species conuen-



conventionis, vt de venditione dicitur, qua etiam dominium rerum acquiritur, secuta traditione. §. *vendita*. *Instit. de rerum diuis.* Ad sextum dico quod licet in remissione, in pacto de non petendo, consistat effectus donationis, siquidem remissio sponte fiat: tamen proprie non est donatio. *l. Iulianus. ff. de condict. & demonstr. gloss. in ca. statutum. §. si quid. in verb. remissione. de rescrip. in 6.* Et quod dicitur fore necessariam insinuationem, non est vndiquaque verum: Vnde Bald. *in l. tale pactum. in princip. & in l. contra iuris. §. fin. ff. de pact.* Alex. & Ias. *in d. l. si mulier.* Et quando quis fateretur remissionem debiti liquidi esse proprie donationem pecuniarum debitam nihil contra communem: quia etiam dicemus tunc talem remissionem esse nominatam conventionem, non oportet enim omne pactum esse innominatum: quoniam venditio, locatio, stipulatio, pacti nomine continentur, glo. apud omnes recepta *in l. i. ff. de act. & oblig.* Ex supra scriptis rationibus defensa est communis opinio, aliis tamen atque aliis modis quam vulgo defendi solet, ex quibus multa noue dicta colliges in materia donationis. Consequenter responsum est secundo fundamento, quod in diuisionem contractuum dixeramus. Restat diluendum tertium & vltimum: dic ergo, quod licet conventio do vt des, suo nomine differat, à facio vt facias, & aliis, de quibus *in d. l. naturalis*, non tamen sequitur conventionem nominatam

dici alioqui pactum in suo genere, conuentio nominata diceretur: quia suo nomine à testamento, & à legato differt. Insuper illarum conuentiones innominatarum, do vt des, facio vt facias, nomen quidem habent, sed non eligens specificum, & proprium, & potius est nomen negotij, impositum per circumlocutionem, quam nomen iuris, ac si venditio vocaretur contractus trado rem vt des pretium, merito in illis ad actiones generales recurritur, vt infra pluribus ostenditur.

## SVMMA AD SVBDIVISIONEM membrorum.

### S V M M A R I A.

1. *Nominatus contractus duplex est.*
2. *Innominatorum subdiuisio in respectiuos, & non respectiuos. Vocabula interdum sumenda sunt ex vulgi consuetudine & natura negotiorum, vt res melius intelligantur.*
3. *Respectiuus contractus an sint plures quatuor?*
4. *Respectiuus contractus ante adimplementum non obligant naturaliter.*
5. *Ex contractu do vt des, que actio prodeat?*

- 6 *Condictio ob causam datorum, unde nascitur?*
- 7 *Contractus do ut facias, quam producat actionem.*
- 8 *Quomodo distinguatur do ut facias, & facio ut des.*
- 9 *Ex contractu facio ut des, quamnam actio datur.*
- 10 *Communis intellectus ad §. quod si faciam noua consideratione defenditur aduersus neotericos.*
- 11 *In facio ut facias, cur non datur de dolo actio.*

**C**ontractus nominati sunt duplices, † quidam nominatur ab actu conueniendi, siue ineundi, alij vero ab actu exequendi. Primi generis sunt emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, societas, stipulatio, constitutum, qui solo consensu, solo inquam à traditione rei constituuntur. Alterius generis, commodatum, depositum, mutuum, pignus, qui non perficiuntur, nisi rei interuentu: *rubrica quib. mod. re contrahi. obligat. Institutionum. libro 3.* † Contractus innominati etiam sunt duplices: non respectiui, & respectiui siue correlatiui, siue reciproci. Scio non defuisse, qui has voces irriserint, verum sciant illi, ex vulgi consuetudine, & natura negotiorum, sumenda esse interdum vocabula, quibus res aptius intelligi queant.

**Contractus non respectiui sunt, quib. vnus duntaxat**

duntaxat contrahentium obligatur, vt quando pacto nudo quid promittis. Accurf. *in l. 1. de act. & obligat.* vbi omne pactum præsertim obligatiuum, contractus appellatur, & si alter tantum reperiatur obligatus non erit respectiua, siue reciproca obligatio, horum fore infinita exempla dari posse inquit Ias. & Curt. Junior *in d. l. naturalis. vt in l. 2. & 3. l. quoties. ff. de præscript. verb.* Respectiui sunt, qui tendunt ad vtrumq; simul obligandum, de quibus *in d. l. naturalis. & in d. l. iurisgentium. §. sed si in alium. ff. de pact.* quorum quatuor species dantur, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias: hinc fit vt si do tibi, vt alius det, aut faciat, non sit contractus innominatus respectiuis. Bald. *in ca. cum inter. num. 1. extra, de elect.* Paul. de Castr. *in d. l. naturalis.* Circa hanc subdiuisionem innominatorum, & circa illam *l. naturalis.* occurrunt nonnullæ difficultates, quarum decisio vehementer necessaria est.

3 † Prima quod reperiantur innominati alio modo concepti, puta per particulam si, vt do si des, facio si facias. *l. quoniam. C. de rerum permuta. l. solent. ff. de præscript. verb.* Bald. & Paul. per illum text. *in l. periculi. ff. de nautic. faenor.* Altera est, quod sint lōge plures, quam illi quatuor vulgatissimi, vt pote do vt nō facias, facio vt nō facias, donec facias, ne des, & infinita id genus. Tertia difficultas q̄ permutatio sit contractus innominatus respectiuis, & tñ sub nullo illorum quatuor videtur posse contineri: Accurf.

cur. in l. i. C. de rerum permutat. Dicit tamen  
 has, quibus permulti à recto flectuntur, argu-  
 tias parum obesse. Priorem euitabis dicens  
 illos quatuor contractus concipi indifferen-  
 ter posse per modum, *ut*, aut per conditio-  
 nem, *si*, & eiusdem prorsus ostendam esse na-  
 turæ & efficaciam contra quosdam. Secundum  
 dissolues si fateare posse multiplicari hos cō-  
 tractus prout quisque volet: nihilominus ta-  
 men contractuum illorum extrema semper  
 remanere, aut dari scilicet aut fieri, nihil ta-  
 men refert, an positue, an negatiue. l. 2. in prin-  
 cip. & §. item si in factō. ff. de verb. oblig. ubi notant  
 interpretes stipulationem in factō consistere,  
 etiam si quid faciendum non sit, & in dando,  
 etsi non dandum fuerit. Ad tertiam dicito,  
 permutationem modo contineri in vno, mo-  
 do in alio. est enim permutatio generalis ad  
 quamcunque præstationem reciprocam, et-  
 iam si in cōtractu nominato reperiatur, ut su-  
 pra diximus. Deinceps videamus in quo dif-  
 ferat contractus nominatus respectiuus à nō  
 respectiuo: differre itaque primum existimo,  
 quod in non respectiuo non sit pœnitentiæ  
 locus: Accur. in l. si cum fundum & ibi Ias. num. 3.  
 de pact. At in respectiuo maxime. l. si pecuniam.  
 ff. de condict. ob causam. Item quod contractus  
 innominatus non respectiuus, ut est pactum  
 nudum producat obligationem naturalem, si  
 Doctoribus credimus. De respectiuo autem  
 vehemens est dubitatio, † Defenderunt enim 4  
 aliqui

aliqui quorum sententiam lubenter sequor;  
 contractum respectuum ante adimplemen-  
 tum non obligare, etiam naturalem. Primo  
 per l. 1. §. item emptio *infr. de rerum permut.* ibi, ob-  
 ligationi initium prabet, Deinde quoniam si  
 præcederet obligatio naturalis, res semel data  
 repeti non posset, nec locum haberet condi-  
 ctio saltem ex capite præitenti. *l. naturaliter. ff. de condict. indeb.* sed falsum est ut vel  
 qui contrariam tuerentur sententiam, non in-  
 ficiantur.

Contrariam opinionem videlicet, quod  
 ante adimplementum contractus respectui  
 naturaliter ligent, tenet Acc. *in l. petens. C. de pact. S. 2. in rubric. de verbor. obligat.* Fran-  
 cisc. Rip. *ibi. nu. 41.* Quorum vnum est funda-  
 mentum, quod in pacto nudo obligatio hæc  
 prodeat ex consensu. at consensus ad sit in re-  
 spectuius, ergo &c. Præterea promissio reci-  
 proca in his respectuius fit per modum, ut, do-  
 ut facias, sed modus non suspēdit ortum ob-  
 ligationis: ut Bart. declarat *in l. quibus. §. termi-  
 lius. ff. de cond. & demonstrat.* Accedat eodem *l. iurisperitium. §. sed si in aliam. ibi, subsit tamen cau-  
 sa nasci obligationem ciuilem,* ergo antea erat na-  
 turalis, alioqui etiam de naturali dixisset.  
 Quarto facit, quod iure canonico in contra-  
 ctibus innominatis non habeat locum præ-  
 nitentia: Bald. *in rubric. Cod. de rerum permuta-  
 tione Alexander consilio 16. 2. volum.* Quod si  
 nulla fuisset obligatio prius orta, promitten-  
 tem

tem poeniteret, si vellet. Sed hæc quo leuiora sunt, eo facilius refutabis, Primum erat in contractu innominato adesse consensum, non tamen est pure adhibitus, sed in euentum promissionis alterius quæ est causa, quare consentiat, dum enim facio vt facias, non pure promitto me facturum, sed ita vt tu quoq; facias, & plane ostendo me non factum, si non promississes facere, & sic vinculum nullum subest ea causa pendente. Dicat fortasse quis eadem ratione in nominatis idem fore dicendum? Respondeo non idem profus, quia nominati efficiores sunt, nec modus inserit. Tamen quia neque in his consensus omnino purus est, actionis exercitium etiam differtur vsque ad adimplementum agere volentis, *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. infra.* Alterum est, quod modus non suspendat ortum obligationis, sed falluntur, quoniam in his innominatis debilib. æquiparantur modus, & conditio. *d. l. quoniam. d. l. solent. & Paul. Castr.* ibi: licet in aliis dispositionib. aliud fortasse dici posset, inde fit, vt recipratio possit aut per *vt*, aut per *si*, declarari, dicaturque *do vt des.* aut *do si des.* quod & Francisc. Curt. fatetur in *d. l. naturalis.* Ad tertium responde in dict. leg. iuri gentium. per implementum, semper causam subsistentem vtramque obligationem nasci, quod sane text. ibi dicit esse obligationem: & dum postea inquit, & *hic nasci civilem*, de civili loquitur de qua magis

nem donatio non extat, si Fort. & alijs credamus, qui voluerunt eam perficere. Præterea in contractibus innominatis res integra est, etiam re tradita, respectu illius qui tradidit, quia repetere potest ex capite pœnitentiæ l. 3. §. 1. ff. de condict. ob caus. cur ergo in d. l. *Aristo.* pœnitere non esset liberum, si donatio innominata esset? Vnde Ias. respondet in contractibus respectiuis siue correlatiuis, pœnitentiæ locum fore. Sed in non respectiuo secus ut infra examinabis. Interim hæc solutio Ias. non mihi satisfacit, quia in d. l. *Aristo.* contractus erat respectiuus datur enim seruus ut post quinquennium manumitteretur neque vero tanta disputatione hic opus erat, quia non est id consequens, pœnitentiæ locum habet, ergo est innominatus, aut contra, ut audies infra in secunda differentia, & sic videtur. Secunda opinio infirmis inuicti fundamentis. Prima opinio confirmabatur, quod hodie donatio producat actionem §. *sin autem.* Secundum primo diceres ibi esse speciale fauore liberalitatis conseruandæ, argu. cap. 3. de iure patro. vbi Panor. Præterea non est consequens, producant actionem quamprimum extant, ergo est nominatus, si eis credamus, qui defendunt contractus innominatos nūquam extare, nisi re interueniente. Quibus omnibus perspectis tertia opinio apparet valentibus stabilita argumentis. Illi tamen nobis visa est anteponenda secunda asseuerantium donationem conuenio-



uentionem semper fuisse nominatā. Cui confirmanda & nouam rationē addemus, & noue rationibus recentiorum respondebimus. noua isthæc vanis lectoribus perplacent, tibi vero gratius ut sit, consulto quod verum est, & à fucō semper alienum. Cogita donationem semper fuisse efficacem conuentionem adhibita solennitate per legem illi data quæ erat stipulationis aut traditionis, hodie vero etiam efficacem absque tali solennitate, quæ remissa fuit *per d. §. sin autem*. quem posses nouo sensu sic expuere, ut in donatione nihil fuerit hodie additum sed solum fuit remissa solennitatis necessitas, proinde solo pacto nudo facta donatio est efficax. Quis ergo credat ante tempora *l. si quis argentum*. donationem profus inefficacem fuisse, certe tractatus ille pandectarum de donatio. parum profuisset. Fortasse dicet quis, si donatio antea sine stipulatione non obligabat, dicemus donationi robur nullum datum fuisse, sed stipulationi. Audi quæso, quid dicemus de fideiussione? quæ proculdubio sine stipulatione parum prodest *l. blanditus. C. de fideiuss.* & tamen vere contractus est nominatur. Dic ergo, quando donationi adijciebatur stipulatio, donationem fuisse efficacissimam ante rem traditam, & ex ea actionem oriri non ex stipulatione quod ostendo quia quando conueniebatur donator, illi competebat beneficium ne conueniatur nisi quatenus facere potest *l. qui ex*

*donatione. ff. de donatio. l. cum ex causa. ff. de rei iud. pulchre Deci. in regula diuus Pius. Digest. de regu. iur. quod non d. ceres sane, si quis ex stipulatione conueniatur. Diceret fortasse peruiçax aliquis in huiusmodi donationibus, in quibus hoc priuilegium competebat, non intercessisse stipulationem. Sed animaduertat iste, hoc si ita est, nullo modo potuisse conueniri, & non eguisse priuilegio. Re. licabit alter, quod quando donationi apponebatur stipulatio, ex ea oriebatur actio, non ex donatione, quemadmodum dicitur in mutuo *l. si ita fuero. §. 1. ff. de nouat.* Verum enim vero ex l. sequenti. deprehendes solutionem, quæ ait illud procedere, quod numeratio causa implendæ stipulationis facta videatur. Sed in specie nostra, & in fideiussione, contra est. nam stipulatio fit causa perficiendæ donationis, & fideiussionis, ex quibus ostensum est, donationem olim efficacem conuentionem & contractum specialem & nominatum fuisse. Videamus nunc quam vim habeant neotericorum rationes in communem sententiam ductæ. Primo dicebant donationem esse genus in definitione legati, demus ita istud, sed quando fit in legato non est contractus, nihil mirum videri debet si non sit tunc nominatus, & licet genus sit, est tamen & species subalterna, quando fit in conuentione, & specificum nomen habet, & effectum etiam, vehementerque differt à cæteris contractibus *toto titulo de donatio.* Ad  
 secun-*

secundum fateor varias esse species donationis, nihil tamen obest, quin & ipsa donatio species sit saltem subalterna, & inferior conuentione quod satis est: alioqui dicendum esset venditionem speciem non esse, quæ sub se varias species habet. Idem & stipulatione, quæ in membra complura distribuitur §. *omnis. Instituta, de verb. obligat.* Ad tertiam rationem, qua ostenditur complures esse species donationis innominatas eo quod in eis pœnitentiæ locus sit, veluti in donatione causa mortis, in donatione ob causam. Respondeo licet donatio causa mortis fuerit reuocabilis, non propterea debet dici conuentio innominata, quia eadem ratione mandatum, societas esset innominata, quod minime verum est & donatio ob causam non reperietur iure reuocari posse ex capite pœnitentiæ, vt euidenter probat *dict. l. Aristot.* Et falso persuadetur per *dict. leg. 3. §. 1. per dict. leg. si pecuniam.* donationem ob causam per pœnitentiam reuocandam esse. Illa namque iura loquuntur de donatione ob causam, & † plurimum differunt, <sup>13</sup> donare, & dare: quia dat aliquis etiam ex causa onerosa, dat emptor pretium, quia dominum transfert §. *sic itaque disceretur. Institut. de actio.* & falsum est quod donet pretium, quia donatur aliquid ex liberalitate *l. donari videtur. Digest. de dona.* Fateor tamen donari posse ob causam, *toto titulo. de donatio. quæ sub modo,* & ex capite causæ non secutæ posse reuocari.

cari. Sed propterea non potes inferre, eam esse conuentionem innominatam, vt dicemus infra in vltima differentia. Ad quartam aliter respondeo quam Doctores existimantes pro donatione solum condictione *ex l. si quis argentum.* agi posse. Dico enim, ex donato vocari, per quam agatur contra donatorem. Si enim ex venditione nascatur actio ex vendito, ex stipulatione, actio ex stipulatu. Cur non dicam ex donatione oriri ex donato? nam condictio ex illa *l.* non poterat ante illam *l.* conditam competere, & tamen dabatur actio *l. qui ex donatione. l. eum qui. ff. de donatio.* & text. in §. *sin autem.* solum remisit solennitatem stipulationis iure Digestorum necessariam, non autem actionem nouam constituit, sume tibi vnum simile, Actio ex testamento datur, ex testamento solenni, finge in aliquo casu remissam solennitatem, quia inter liberos. Dabis filio agenti ex testamento non solenni, condictionem ex lege? certe non, quia sufficit actio ex testamento. Quod si quis nullo persuasus iure, aut quod est deterius, nulla motus ratione maluerit cū Doctoribus asserere dari condictionem ex lege, quando donatio pacto nudo facta est, per illum §. *sin autem.* adhuc illa condictio non esset generalis, sed esset condictio *ex l. si quis argentum. §. sin autem.* & consequenter effectum specificum, & actionem propriam produceret. Ad quintam licet donatio sit genus acquisitionis, tamen est species conuen-

conuen-

conventionis, vt de venditione dicitur, qua etiam dominium rerum acquiritur, secuta traditione. §. *vendita. Instit. de rerum diuis.* Ad sextum dico quod licet in remissione, in pacto de non petendo, consistat effectus donationis, siquidem remissio sponte fieret: tamen proprie non est donatio. *l. Iulianus. ff. de condict. & demonstr. gloss. in ca. statutum. §. si quid. in verb. remissione. de rescrip. in 6.* Et quod dicitur fore necessariam insinuationem, non est vndiquaq; verum: Vnde Bald. *in l. tale pactum. in princip. & in l. contra iuris. §. fin. ff. de pact.* Alex. & Ias. *in d. l. si mulier.* Et quando quis fateretur remissionem debiti liquidi esse proprie donationem pecunie debitæ nihil contra communem: quia etiam dicemus tunc talem remissionem esse nominatam conventionem, non oportet enim omne pactum esse innominatum: quoniam venditio, locatio, stipulatio, pacti nomine continentur, glo. apud omnes recepta *in l. i. ff. de act. & oblig.* Ex supra scriptis rationibus defensa est communis opinio, aliis tamen atque aliis modis quam vulgo defendi solet, ex quibus multa noue dicta colliges in materia donationis. Consequenter responsum est secundo fundamento, quod in diuisionem contractuum dixeramus. Restat diluendum tertium & vltimum: dic ergo, quod licet conuentio do vt des, suo nomine differat, à facio vt facias, & aliis, de quibus *in d. l. naturalis*, non tamen sequitur conventionem nominatam

dici alioqui pactum in suo genere, conuentio nominata diceretur: quia suo nomine à testamento, & à legato differt. Insuper illæ conuentiones innominatæ, do vt des, facio vt facias, nomen quidem habent, sed non el gans specificum, & proprium, & potius est nomen negotij, impositum per circumlocutionem, quam nomen iuris, ac si venditio vocaretur contractus trado rem vt des pretium, merito in illis ad actiones generales recurritur, vt infra pluribus ostenditur.

## SVMMA AD SVBDIVISIONEM membrorum.

### S V M M A R I A.

1. *Nominatus contractus duplex est.*
2. *Innominatorum subdiuisio in respectiuos, & non respectiuos. Vocabula interdum sumenda sunt ex vulgi consuetudine & natura negotiorum, vt res melius intelligantur.*
3. *Respectiui contractus an sint plures quatuor?*
4. *Respectiui contractus ante adimplementum non obligant naturaliter.*
5. *Ex contractu do vt des, qua actio prodeat?*

- 6 *Condictio ob causam datorum, unde nascitur?*
- 7 *Contractus do ut facias, quam producat actionem.*
- 8 *Quomodo distinguatur do ut facias, & facio ut des.*
- 9 *Ex contractu facio ut des, quamnam actio detur.*
- 10 *Communis intellectus ad §. quod si faciam noua consideratione defenditur aduersus neotericos.*
- 11 *In facio ut facias, cur non detur de dolo actio.*

**C**ONTRACTUS nominati sunt duplices, † quidam nominatur ab actu conueniendi, siue ineundi; alij vero ab actu exequendi. Primi generis sunt emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, societas, stipulatio, constitutum, qui solo consensu, solo inquam à traditione rei constituuntur. Alterius generis, commodatum, depositum, mutuum, pignus, qui non perficiuntur, nisi rei interuentu: *rubrica quib. mod. re contrahi. obligat. Institutionum. libro 3.* † Contractus innominati etiam sunt duplices: non respectiui, & respectiui siue correlatiui, siue reciproci. Scio non defuisse, qui has voces irriserint, verum sciant illi, ex vulgi consuetudine, & natura negotiorum, sumenda esse interdum vocabula, quibus res apertius intelligi queant.

Contractus non respectiui sunt, quib. vnus duntaxat

duntaxat contrahentium obligatur, vt quando pacto nudo quid promittis. Accurf. in *l. 1. de act. & obligat.* vbi omne pactum præsertim obligatiuum, contractus appellatur, & si alter tantum reperiatur obligatus non erit respectiua, siue reciproca obligatio, horum fore infinita exempla dari posse inquit Ias. & Curt. Iunior. in *d. l. naturalis. vt in l. 2. & 3. l. quoties. ff. de præscript. verb.* Respectiui sunt, qui tendunt ad vtrumq; simul obligandum, de quibus in *d. l. naturalis. & in d. l. iurisgentium. §. sed si in alium. ff. de pact.* quorum quatuor species dantur, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias: hinc fit vt si do tibi, vt alius det, aut faciat, non sit contractus innominatus respectiuus. Bald. in *ca. cum inter. num. 1. extra, de elect.* Paul. de Castr. in *d. l. naturalis.* Circa hanc subdivisionem innominatorum, & circa illam *l. naturalis.* occurrunt nonnullæ difficultates, quarum decisio vehementer necessaria est.

- 3 † Prima quod reperiantur innominati alio modo concepti, puta per particulam si, vt do si des, facio si facias. *L. quoniam. C. de rerum permuta. l. solent. ff. de præscript. verb.* Bald. & Paul. per illum text. in *l. periculi. ff. de nautic. faenor.* Altera est, quod sint lōge plures, quam illi quatuor vulgatissimi, vt pote do vt nō facias, facio vt nō facias, do ne facias, ne des, & infinita id genus. Tertia difficultas q̄ permutatio sit cōtractus innominatus respectiuus, & tñ sub nullo illorum quatuor videtur posse contineri: Ac-

cur.



cur. in l. i. C. de rerum permutat. Dicit tamen  
has, quibus permulti à recto flectuntur, argu-  
tias parum obesse. Priorem euitabis dicens  
illos quatuor contractus concipi indifferen-  
ter posse per modum, *vr*, aut per conditio-  
nem, *si*, & eiusdem prorsus ostendam esse na-  
turæ & efficaciz contra quosdam. Secundum  
dissolues si fateare posse multiplicari hos cō-  
tractus prout quisque volet: nihilominus ta-  
men contractuum illorum extrema semper  
remanere, aut dari scilicet aut fieri, nihil ta-  
men refert, an positue, an negatiue. l. 2. in prin-  
cip. & *§. item si in facto. ff. de verb. oblig.* vbi notant  
interpretes stipulationem in facto consistere,  
etiam si quid faciendum non sit, & in dando,  
etsi non dandum fuerit. Ad tertiam dicit,  
permutationem modo contineri in vno, mo-  
do in alio. est enim permutatio generalis ad  
quamcunque præstationem reciprocam, et-  
iam si in cōtractu nominato reperiatur, vt su-  
pra diximus. Deinceps videamus in quo dif-  
ferat contractus nominatus respectiuus à nō  
respectiuo: differre itaque primum existimo,  
quod in non respectiuo non sit pœnitentiæ  
locus: Accur. in l. si cum fundum & ibi *l. as. num. 3.*  
*de pact.* At in respectiuo maxime: l. si pecuniam.  
*ff. de condict. ob causam.* Item quod contractus  
innominatus non respectiuus, vt est pactum  
nudum producat obligationem naturalem, si  
Doctoribus credimus. De respectiuo autem  
vehemens est dubitatio, † Defenderunt enim 4  
aliqui

tem pœniteret, si vellet. Sed hæc quo leuiora sunt, eo facilius refutabis, Primum erat in contractu innominato adesse consensum, non tamen est pure adhibitus, sed in euentum promissionis alterius quæ est causa, quare consentiat, dum enim facio vt facias, non pure promitto me facturum, sed ita vt tu quoq; facias, & plane ostendo me non factu um, si non promisisses facere, & sic vinculum nullum subest ea causa pendente. Dicat fortasse quis eadem ratione in nominatis idem fore dicendum? Respondeo non idem prorsus, quia nominati efficiiores sunt, nec modus inserit. Tamen quia neque in his consensus omnino purus est, actionis exercitium etiam dffertur vsque ad adimplementum agere volentis, *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. infra.* Alterum est, quod modus non suspendat ortum obligationis, sed falluntur, quoniam in his innominatis debilib. æquiparantur modus, & conditio. *d. l. quoniam. d. l. solent. & Paul. Castr. ibi: licet in aliis dispositionib. aliud fortasse dici posset, inde fit, vt recipratio possit aut per vt, aut per si, declarari, dicaturque do vt des, aut do si des, quod & Francisc. Curt. fateretur in d. l. naturalis.* Ad tertium responde in dict. leg. iuri' gentium. per implemen- tum, semper causam subsistentem vtram- que obligationem nasci, quod sane text. ibi dicit esse obligationem: & dum postea inquit, & hic nasci civilem, de civili loquitur de qua  
magis

magis potuisset dubitari: vnde ille text. per  
 belle retorqueri potest in communem hord  
 sententiam. Ad quartam dices decisionem  
 Bald. & Alexan. esse valde ancipitem Roma  
 no & Iasoni in l. si pecuniam. ff. de condic. ob  
 causam. atq; ita posset Bald. sententia locum  
 habere sequuto per alterum implemento, ne  
 scilicet liberum illi foret repetere iure cano  
 nico. At nos disputamus quo casu nullum  
 subest implementum.

5 Superest videamus de effectu horum qua  
 tuor contractuum innominatorum. † Con  
 tractus do vt des fit, quando vtrinque res  
 danda est. *d. l. naturalis. §. 1. & l. si. ff. de condic. ob  
 causam.* & eo à venditione differt, quod in ea  
 species danda non sit, sed tradenda. *l. 1. l. ex em  
 pto. infr. de act. emp.* hic contractus sola conuen  
 tione subsistens nullam habet efficaciam, imo  
 dicitur omnino nudus. Sed interueniente re,  
 causa, & adimplemento, quia alteruter dar  
 vestitur, & ille qui adimplet duas habet actio  
 nes, in eum qui accepit. Prima est præscriptis  
 verbis, competens ad hoc, vt alter impleat qd  
 dare promisit licet autem sit obligatio dandi  
 nata, non tamen tenetur reus præcise dare.  
 Sed præstando interesse liberatur. *l. naturalis.  
 §. & siquidem ff. de præscript. verb.* quod ex debi  
 litate contractus innominati procedit, vt *infr.  
 dicemus.* Secunda actio implenti datur, quæ  
 vocatur condicatio ob causam. *l. quoniam. l.  
 emptionem. Cod. de rerum permuta. l. 2. l. si militem.*  
 C. de

*Cod. de condict. ob causf. quam implens repetit, quod dederat, † quæ quidem condictio personalis actio est, orta ex obligatione contracta ex receptione rei. §. is qui; Institut. quib. mod. re contrahi. obl. etiam vltra intentionem immediatam contrahentium, non enim eo animo traditur res, vt recipiens restituere obligetur: facit t. x. in l. si is qui §. fin. ff. de commod. rei tamen vindicatio implenti non datur cum à se dominum abdicarit, ideoq; si fortasse ad alienam personam res data interim peruenisset, non vindicatur. l. cum precibus. Cod. de rerum permutat. At vero adhuc condictio ob causam non denegatur implenti contra eum, quocunque contraxerat, sed ad id quod sua intererit, competet. l. ea lege. C. de cond. ob causf. Porro hæc condictio ex duplici capite proficiscitur, ex capite pœnitentiæ. Dicit enim implens pœnitere se quod dederit, & male datum repetere, quam quod alter adimpleat, & audiendus est. l. 3. in §. 1. l. si pecuniam. ff. de condict. ob causf. Sed duo huic pœnitentiæ videntur obstare vnum quod pœnitentia locum habere integra, sed si dedit, res integra non est, imo per interuentum rei contractus antea nudus vestitur, ergo &c. Alterum quod recipiens compelli queat ad implendum, nec recedere potest à conuentione, ergo is, qui iam adimpleuit, audiri non debet. Add. quod si vnus possit resilire, alter non possit, claudicabit contractus, contra l. Iulianus, §. si quis collu-*

dente §. sequenti. ff. de act. empr. Tolluntur tamen hæc obiectiones hoc modo. Primæ respondendo rem integram esse illi, qui nihil recepit, si vult repetere, & desinere integram esse ei, qui accepit, dicitur tamen contractus vtrinque vestitus licet vestimentum non oblit vestienti, & implenti, si resilire malit. arg. l. quod favore. Cod. de legibus. Secundæ dico, mirari non oportere, si is, qui dedit, pœnitere possit, is enim nunquam fuit obligatus, at qui accepit obligatus est re ipsa, idcirco resilire nequit à conuentione, quam semel recipiens approbavit. Tertia dissoluitur 'confutando contractum claudicare non posse, sed hoc nostro casu, quando is, qui dedit recuperat datum is, qui acceperat, liberatur, nec postea tenetur ipse adimplere: quia primum adimplementum recuperata re, pro non facto habetur, & sic non est maioris efficaciz in persona vnius, quam alterius. Sed & illud dubium est, quando primus implet, an recipiens, qui præscriptis verbis conuenitur, dicere possit, nolo adimplere, sed placet restituere receptum. Et puto non posse, quia quo ad illum pertinet res integra esse definit, neque video locum esse pœnitentiz ex parte recipientis ideo caueat recipere. Secundum caput conditionis est causæ non securæ, quando scilicet recipiens est in mora adimplendi, dicit enim qui dedit, cum nolis satisfacere, & causa propter quam dedi, cesset, quia non vis dare.

dare, resti:ue quod dedi, auditur proculdubio, & condicit, & repetit quod dederat *tototractatu. ff. & Cod. de condiction. ob caus.* Idem dicas quando alter dimpleuit quidem, sed dedit rem alienam, quæ postea euincatur. *L. fin. de condiction. ob caus.* Sed dubitabit aliquis quod cum res data possit repeti ex capite pœnitentiæ, c. r expectatur mora? aut alius casus, quo nascatur condictio ex capite causæ non secutæ. Dic primo honestius esse ius ex capite causæ non secutæ, quam ex pœnitentiæ, *clm. cum illusio. de renunciatio.* Secundo dic à quibusdam impediri pœnitentiam, vt infra dicemus, & tunc necessaria est ob causam condictio, si causæ non sequatur, quemadmodum sæpe condictio ex pœnitentia competit, si mora nondum contracta fuerit, quia fortasse res inuicem danda, ante moram perijt.

Contractus do vt facias celebratur, quando quis dare promittit aliquid, vt alter faciat, & si quidẽ danda sit species, nihil refert, quale factum alter promiserit, Atqui promissa ab vno pecunia, factum reciproce promissum distingui debet, soleat ne locari, & conuenio nominata est locationis & conductionis, in non soleat locari, & contractus est innominatus, do vt facias. *d. l. naturalis. §. ut cum da. ff. de prescript. verb.* Super hoc secundo membro posset moueri difficultas, quæ conseruat differentiam huius & tertij sequentis. Sed

super illo dicetur. Altera ergo proponitur dubitatio. Quodnam scilicet illud factum sit, quod soleat locari: Barto. Iaso. & Curt. *in d. §. at cum do.* eius generis factorum species quasdam commemoravit. Quaedam inquit sunt mera facta quae nihil iuris habeant ut ire Romanam, scribere librum, Alia sunt facta quae iuris aliquid habeant, ut manumittere, emancipare. Et horum aliqua momentaneam civitatem &c. Sed haec parum tuta mihi videtur divisio. Quamobrem puto nulla iuris auctoritate, aut regula certa facta hic distingui possent. dicerentur enim tunc facta aliqua non quae soleant, aut non soleant, sed quae debeant, aut non debeant locari. Solent igitur facta locari, aut non solent locari secundum morem regionis qualitatemque promittentis. Quod duo si iudex consideraverit, facile arbitrabitur, an locatio sit, an contractus innominatus, *do ut facias.* † Restat ut vim eius explicemus, & dico eum ante implementum nullam obligationem gignere, At vero si promittens dare dederit, aduersus alteram duas etiam actiones habet, unam praescriptis verbis, ut aduersarius faciat, non tamen ut obligetur praecipue facere, nam praestando id quod interest, liberabitur quod etiam fatemur in debitore facti ex contractu nominato. *l. stipulationes. §. Celsus. ff. de verbor. obligation. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re iudic.* quam rem plenius prosequimur in commentariis nostris quos tibi Dei ope adiuti paramus.

ramus. ad l. vnicam. Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Alteram actionem habet implens contra facere promittentem, quæ vocatur cond. et o ob causam, tam ex capite pœnitentiæ, quam ex capite causæ non secutæ, vt in præcedenti articulo. Cætera videbis apud recentiores in d. §. at cum do. & in sequenti articulo.

Contractus facio vt des futurus est paulo obscurior, cum conferri debeat, cum præcedente do vt facias. Perquirendum igitur nobis est in primis † qua via dignosci possunt hi duo, Bart. in l. cum proponas. C. de dolo. clarius in l. ex placito. Cod. de rerum permutatione, citat duos antiquorum in hanc rem opiniones. Prima est Accurs. ibi existimant s inspicere debere modum ineundi, siue contrahendi, vt si agatur prius de dando quam de faciendo, sit facio vt des, nulla habita ratione quomodo adimpleatur, aut vter prior impleuerit. Altera Gallorum est affirmantium inspicendum esse implendi, siue exequendi modum, vt scilicet videndum sit, vter primus impleuerit, an is qui dare debeat, & dicatur do vt facias, an is qui facere, & sit facio vt des. Bart. quem reliqui quoque sequuntur, neutram putat veram considerans hos contractus iudicandos instar nominatorum, quibus assimilantur. l. i. §. si quis seruum. ff. depositi. Proinde sicut in locatione duo contrahunt, & respectu mercedem accipientis dicitur locatio: respectu vero



dare debentis conditio. Ita in proposito, respectu illius, qui debet dare, erit do vt facias, & illius qui facere, facio vt des. Et ne infrugiferam esse putes hanc disputationem existima, quod si horum contractuum substantiam duntaxat consideres, antequam vlla ex parte compleatur. Prima opinio locum habere non potest, quia si conueniatur, do vt facias, & tu prius faciens quod promiseris, impleas, contractui nomen erit, do vt facias, quia sic conuentum est, & tamen non poteris agere actione descendente ex do vt facias: quia medium concludendum falsum est. Secunda item opinio inutilis foret quia conuentione facta ante implementum extant contractus, & distinguuntur inuicem, non tamen ab actu exequendi, quia nondum vlla est executio: quare tertia opinio necessaria est, vt eius intuitu, qui dare debet, sit do vt facias. Quod si vim horum contractuum & effectum perspicias, quando scilicet secutum est ad implementum, secunda & tertia eodem tendunt, nec debuerunt Barto. & posteri Gallos reprehendere, quoniam qui adimplet, si ipse est, qui agere debeat, & sic illius extremum duntaxat consideramus. inde fit, vt si dare debens impleuerit actionem proponat, quæ ex do vt facias datur. Si facere debens impleat, actio instituat, quæ ex facio vt des proficiscitur.

Iam

Iam videamus † quam actionem contractus facio ut des pariat in eum, qui dare promissit. In quo articulo licet variant opiniones, eas tamen commemorantes refutabimus, deinde quæ nostra fuerit sententia, ostendemus. Communis Doctorum decisio est, actionem de dolo facienti dari contra eum, qui dare differt. *l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de præsc. verb. l. cum proponas. C. de dolo.* Contra quam primum miraberis, quod ex duobus aliis præcedentibus duæ dentur actiones, ex hoc autem tertio vna tantum. Secundo obiicitur quod præscr. verb. actio datur, ubi deficiunt usitata conventionum nomina. *l. 2. l. 3. ff. de præscr. verb.* At hæc conuentio, facio ut des innominata est, ergo &c. allegatur *l. solent. ff. de præscr. verb.* ubi ex ea conuentione facio ut des, agitur præscript. verb. Quarto facit text. in *d. l. naturalis §. at cum do. in fi.* ubi manumittens seruum agit etiam præscriptis verbis contra eum, qui dare promiserat. Idem probat *l. iurisgentium. in fi. principij. ff. de pact.* Quinto leg. cum mota. *C. de transact.* ubi dicitur hæredi mulieris, quæ remiserat querelam inofficiosi, dandam esse præscript. verb. actionem in aduersarios, portionem bonorum dare debentes. Sexto urget ratio, quod non minus is obligatus est hic qui non dedit, quam qui non fecit aut qui non dedit in priore contractu, ergo tam efficaci actione conueniri debet, quod

certe non obseruaretur, si in eum sola de dolo actio, quæ temporaria est, daretur, *lege finali Codice, de dolo.* & ea est perpetua, quam dicimus dari ex aliis tribus innominatis conuentionibus.

Septimo videmus in contractu facio ut facias, facientem præscriptis verbis agere, *dicta lege naturalis, §. penult.* ergo in hac nostra specie idem statui debuit existente eadem ratione. *l. illud. ff. ad l. Aquiliam. l. à Titio. ff. de verbor. obligatione.*

Clamitant interpretes, iureconsultum vix defendi posse in ea decisione. *§. quod si faciam.* quem tamen illi ipsi defendunt, & his rationibus sic tandem respondendum putant.

Primæ, ut in aliis duobus præcedentibus ob id duas dari dixerimus: quoniam condictio ob causam locum poterat habere circa rem datam, quæ repeti potest, at in hoc tertio condictio cessat. faciens enim repetere non potest, quia facta pro infectis haberi non possunt. *leg. in bello. §. facta. digest. de captiuis & postlim.* Et hac solutione primo inferitur, quod si factum esset eius generis, quod repeti posset, ut quia fortasse quis rem tradere promisit, condictio ob causam daretur, & esset prima limitatio ad regulam. *§. quod si factam.* qui dixerat nullam ciuilem dari, pro qua limitatione videtur. *text. in d. l. cum*

*d. l. cum proponas. Cod. de dolo. in fin.* Secundo inferitur illam actionem de dolo in hoc contractu competentem suffici in locum actionis præscriptis verbis, quæ ex alijs tribus datur, & tantum consequentur faciens contra dare debentem, per hanc de dolo actionem, quantum faciens contra facere debentem, per actionem præscript. verb. quia solum (si creditur Doctoribus) tenditur ad id quod eius, qui adimpleuit, interest aduersarium non cessare. Secundæ respondent illas *ll. 2. 3. l. quoties. & reliquas eiusmodi præcipientes ex contractu in-nominato dari præscript. verbis, restringi, ne locum habeant in hoc contractu facio vt des, diuersamq; rationem esse dicunt, quod quando ipse fieri, quod facere debui, adimplementum tibi, quia dare debes nullam affert utilitatem, quia tibi nihil adest, & sic æquitas non suadet, vt des, sed quia in dolo esses si non adimpleas, cum ergo impleuerim, ppter idcirco in te de dolo agi statuit. Inde cōsequens est (& fere omnes fatentur) mihi actionem præscriptis verbis competere, si ex eo, quod feci, tibi aliquid adest, & tamen dare recusis. Neq; piget in rudiorum gratiam exempla ob oculos ponere in primis facti, ex quo tibi nihil adest. Titius promittit se nudo corpore hinc in forum profecturum, si dederis decem. Aut promittit se Romam iturum, ad impetrandum beneficium, vt Caius ei det centum ducatos. profectus est Romam, sed non impe-*

trauit. Facti ex quo tibi adest: scribo librum ut des decem: interpretor quartum. Cod. ut des rotulam: quando scripsi, tibi adest, quia habes librum scriptum. quando legi, tibi adest, quia intelligis materiam contractuum. Aliud exemplum: promitto ædificare domum, ut des centum ducatos. posteaquam ædificaui, & impleui, habes domum ædificatam. vnde colligitur secunda limitatio ad §. *quod si faciam*. dum ait, *nullam civilem*, quod scilicet imo præscriptis verbis dabitur, si ex facto, seu ex adimplemento alteri adsit aliquid: quia tunc æquitas suadet, ut alter det, quod dare promissit. Tertiam diluunt *in d. l. solent*. præscriptis verbis agi, quando ex perquisitione serui fugiui, & ex implemento adest aliquid, ei qui dare promissit, quia scilicet seruum inuenit dominus. Quod si adimpleuit quidem, & perquisiuit, sed non inuenit, agi tunc in dominum: sed de dolo. argui enim potest dolus domini dare recusantis, cum alter fecerit quod debuit, & potuit. Quartam tollunt afferentes *in d. §. at cum do. in fine*. manumittenti actionem dari sub d. distinctione, ut in casu quo conuentus iam impleuerat (dedit enim rem promissam, licet euiecta fuerit) sed in nostro casu contra illum, qui nunquam dedit, in quo ea distinctio non potest reperiri. Et colligeretur tertia limitatio ad *d. §. quod si faciam*, quando scilicet res iam data fuerat euiecta, sed ignorabatur aliena, Commodissime hic conciliare

conaremur illum *versiculum*, sed si dedi. cum l. iurigentium. in fin. principij. vbi Iulianus à Marciano reprehendebatur & rectè secundum Vlpi. At vero in dict. §. sed si dedi. nihil tale dixerat, imo diuersa erat materia & decisio. Quintæ satisfit ex veterum sententia, ibi contractum quidem fuisse, facio vt des, sed ex eiusmodi facto mulieris adfuisse aliquid aduersarijs, quoniam à lite recessum fuit, & quiete patrum bonorum reliquis partes possederunt. Ideo fatentur Doctores tunc præscriptis verbis agi posse. Alciat. tamen in dict. leg. cum mota. putat in ea transactione conuentionem facio vt des initam fuisse: quod verius sane puto: (licet nouissimi quidam in axiomaticis suis contradicant) cum enim ibi in aduersam partem ad id quod interest agatur, ex stipulatione, si quidem interuenerit, necessum est promissionem faciendi p̄cessisse. Factum autem illorum arbitror versari, dum patientur in transactione partem bonorum capere. Quo sensu si intelligas, tota litera tibi clarior futura est, quæ alioqui secundum communem multas iuris regulas euerteret. Consequenter sextum fundamentum tollitur, vt tam efficaciter obligetur, qui debet dare in hoc tertio contractu, si ex facto per alterum aliquid ei adsit, ideo etiam ciuili & perpetua actione conuenitur. sed quâdo factum nihil ei profuit paulo debilior obligatio, actioque temporaria erit. Quare autem potius in quar-

in quarto contractu facio, vt facias detur præscriptis verbis dicunt septimæ ratione satisfaciētes cæteris paribus idem in vtroque dici vt si in contractu facio vt facias, ex meo facto nihil tibi adest, de dolo conueniaris. Hæc nostri interpretes cōmuniter probant. sed Paul. Castrens. & Ias. male contenti tandem eam sequuntur. Cæteri recentiores autem supra scriptas solutiones damnant, quia eorum iudicio nimium restringeretur *d. §. quod si faciam.* atq; Curt. Iun. illum §. fore prorsus inutilem. quis enim tam demens est, qui dare quicquam promittat promittenti factum inute? cerce nemo. Præterea nihil ad eum qui fecit si ex facto nulla obuenit utilitas dare debenti. Imputeretur enim illi, qui non præuiderit. Tertio satis adest ei cuius voluntati satisfactum est *l. fin. ff. de usu. & habita. §. huic autem. Instir. de actio. Accur. l. in l. penult. ff. de condict. ob caus.* Adde quod esset in potestate debitoris qua actione conueniretur. Agenti enim actione præscriptis verbis responderet, sibi nihil adesse ex implemento. agenti autem de dolo, sibi quid adesse diceret, quod improbum esset *l. 3. in fin. principij. ff. de eo quod cert. loc.* Vltimo cogitabis si quando nihil aduersario adest, æquitas non suadeat eum conueniri, quomodo prætor, qui æquitatem ante oculos semper habere debet *l. quod si Ephesi. §. 1. ff. de eo quod certo loc.* in eum actionem de dolo daret? Quare Deci. post Fulgō. *in d. l. cum mora.* vultit ex hoc contractu indistincte dari

dari præscriptis verbis actionem, sed & de dolo, quando dolus debentis dare arguitur *d. l. solent. & d. §. sed si dedi.* & ita intelligitur *§. quod si faciam.* qui continuari debet cum illo versic. *sed si dedi,* præcedente. Curt. tamen in *d. §. quod si faciam.* aliter dicit, ex hoc scilicet tertio contractu implenti semper dari actionem præscriptis verbis ut in alijs tribus, qua cogatur aduersarius implere, sed *§. quod si faciam,* quod dicitur civilem dandam non esse, intelligitur scilicet ad repetendum implementum, qui facta repeti non possunt, ideo non competit conditio ob causam, sed illius loco datur actio de dolo ad id quod sua interest, se non impleuisse. Alciat. in *d. l. cum mota. & in 7. capite 5. Paradox. & in l. Labeo. §. 1. ff. de verb. signific. de his multa, sed certe nihil constituit certi quem videbit ab Duareno diligenter oppugnatum in *d. l. iurigentium.* Ego quid sentiam accipe. Ante omnia non placet Decij & aliorum intellectus, quod videlicet in *§. quod si faciam,* datur actio de dolo, quando dolus argui potest ex præscriptis verbis quando non, ut in versic. *præcedenti, sed si dedi.* Nam Iure consult. in eo. *§. quod si faciam.* non explicat dolum, sed moram simpliciter, dum inquit, *& cessas dare,* item dicitur in *d. l. cum proponas. & fidem placiti rumpas, & in versic. sed si dedi,* argui poterat dolus eius, qui rem alienam dederat, quare species illorum responforum diuersa erat, ut hæ aduersandi vim habentis particula, *quod si,* ostendunt.*



dunt. Adde cur idem non statuisset Iureconf. In contractu facio vt facias? Insuper non tradidisset Iureconsultus generalem regulam ad hunc tertium contractum pertinentem licet initio illius legis naturalis proposuisset se de omnibus tractaturum. Præterea daretur interdum ex illo contractu actio præscriptis verbis quod *in eo. §. denegatur ibi, nulla erit ciuilis actio*, quæ verba (etsi à Deci. & Duareno ad nominatam coarcentur) nullo modo tamen restringi possunt, vox enim, *nulla*, omnia excludit *l. si is qui ducenta. §. vtrum. Digest. de reb. dub.* & à quocunque remouetur genus, ab eo quoque omnem remoueri speciem *l. i. in fin. Digest. de hered. instituen.* Quibus rationibus arbitror planum fieri omnibus intellectum Curtij à vero alienum, dum ait ille nullam dari ad repetendum, negarique duntaxat conditionem ob causam, in cuius locum sufficiatur de dolo actio. quoniam imprudenter satis egisset Papinianus, si eam actionem qua conuentio destruitur, proposuisset, nihil autem de actione, qua eadem conuentio impletur, dixisset. † Quocirca contra neotericos verius esse putavi ex hoc contractu solam de dolo actionem proficisci aduersus eum, qui dare recusat. Et contra veteres dixerim id verum, etiam si ex facto nihil adsit aduersario, proinde solutiones quæ ex ea facti distinctione adsint, necne quid aduersario, sumptæ sunt optimo iure reiiciendas esse crediderim, vt ex quin-

quinque superioribus rationibus perspicuum esse potest. Quibus adde quod quando aliquid adest aduersario, & dare cessat, is in maiori dolo est, quam si nihil illi adfuisse. Itaque contra potius fuisset dicendum vt scilicet cum aliquid adfuerit aduersario de dolo teneretur, cum vero nihil adfuerit præscriptis verbis quod mehercle probat *d. §. sed si dedi. recte expensus.* Animaduertendum itaque est hunc tertium eo ab alijs tribus differre quod raro agatur ex illo, nisi is, quo cum agitur, in dolo sit euidenti, ex alijs autem sæpe, aut ex pœnitentia conditio, aut præscriptis verbis actio licet dolus absit, proponitur, si æquum sit actionem dari. Et hoc modo intelligatur, quod dicunt interpretes actionem scilicet præscrip. verbis ex æquitate promanare *l. quoties. ff. de præscrip. verb. licet dolus absit.* Sed de dolo nunquam competere, nisi dolus adsit. Responde nunc primæ rationi per ea quæ ex communi sententia colliges supra in solutione primi iunctis his quæ notabimus *infra in solutione sextæ rationis.* Secundæ dicendo II. asserentes ex innominatis cōventionibus dari præscrip. verb. pati exceptionem hoc tertio cōtractu, in quo non solum equitas suadet agi, sed dolus ei adest, qui conuenitur, euidentiior quam in cæteris, cum enim in 1. aut in 2. dedi tibi, & cessas dare, aut facere, succursum est mihi, vt condicam datum, quo pacto nihil penes te manet, & sic aliquomodo excusaris, At quando fieri

non

non posse condicere regulariter, vnde quando vides alia via mihi succurri non posse, vehementer dolosus es, si cessas dare, quare merito grauiorem in te actionem prætor constituit. Tertio fundamento respondebis si recte nouoque sensu illam legem *solent*. intellexeris. nam dum ex illo negotio Iulia, pollicetur actionem præscript. verb. loquitur domino, qui fortasse nummos dederat causa perquirendi seruum. Imo inquit ex dolo actio prodijt competens in eum cuius dolus arguitur. fortasse enim dominus inuento seruo fugituo nummos promissos dare recusat. Ita que mens Iuriscons. ea est, vt id negotij nudum omnino non sit, sed eiusmodi ex quo vtrinque dari possit actio secundum conventionis naturam. Quartum fundamentum situm erat *l. naturalis. §. sed si dedi*. Verum ille casus quo agitur præscript. verb. varius est, nec agebatur contra eum, qui dare cessabat, sed in eum qui dederat, licet rem alienam ignorans, tamen eum actione præscript. verbis conueniri: quam *mauricia in l. iurisgentium. in fin. principij* ait nasci ex eo negotio, & non dari à prætore. Quod si aduersarius nunquam dedisset, aut dedisset quidem, sed sciens rem alienam, vbi que enim in dolo reus erat, non suffecisse actionem præscriptis verbis sed de dolo in vtroque competere Inreconsul. censuit. Obijceret fortasse aliquis facienti competere actionem præscriptis verbis in eum, qui ignoranter rem alienam dedit,

dedit, ergo facio ut des, non semper producit actionem de dolo, quod esset contra nostram exactam communis opinionis defensionem. At fateor interdum ex hoc contractu tertio dari præscriptis verbis & quod accuratè contendimus solam de solo dari, id dicimus in specie §. *quod si faciam*. contra cessantem dare, contra rumpentem placitum, qui regulariter in dolo est, quando vero agitur in eum qui semel impleuit distinguitur, an dolosus sit quia sciens rem alienam, &c. Inde fit ut si feceris, & qui promisit dare in dolo non sit, quia fortasse ante moram res danda perijt, & æstimationem offert, cesset de dolo actio. Rursus dicet aliquis quomodo eum qui cessat dare, in dolo esse dicis regulariter, in cæteris autem qui adimplere cessant, non esse in dolo? Respondi dolum euidentem in cæteris cessare, quod alio modo implenti succurratur, quare excusari utcunque possunt. Quintam dissoluimus rationem supra defendentes partes Alciat. in *d. l. cum nota*. asseuerantis initum fuisse contractum facio ut facias. Sexta tollitur, si dicas obligari quidem in omni conuentione eum, qui adimplementum recipit, adimplere recusantem; sed inhumaniorem cum puto, cui quid factum est, & is dare differt. videns adimplenti iam nullum dari remedium, ut in solutione secundi. Quod si de dolo actio mitior tibi videatur, quod terminetur illa biennio falleris. Imo vero durius cum eo agitur, qui de

N

dolo

dolo conuentus est, cum infamatur *l. non debet. ff. de dol. cumque* agatur ad id quod interest implentis se non impleuisse, & aduersarium dedisse, arbitraria enim actio est *l. arbitrio. ff. de dolo.* Quia in re differentia noua ostenditur huius tertie conuentionis & quartę, de qua mox plura. Neque præmittenda est hic alia differentia, quod uidelicet hic tertius in speciem nominatę conuentionis non cadat, cum ceteri interdum nominatorum instar habeantur effigiemque illorum præferant. Contractus facio ut facias tum celebratur, cum promitto tibi facere, ut pro me quid etiam facias, & est mandato similis *d. l. naturalis. §. sed si facio.* quando mandatum mutuum esset. Simplex uero mandatum nihil habet commune cum hac innominata conuentione. Ex hoc quarto contractu condictio ob causam uix oritur, quoniam adimplens factum reuocare nequit, nisi fortasse factum foret quod repeti posset, ut supra ostēdi *per l. cum proponas. C. de dolo.* Nisi fortasse quis conductionem ob causam obijceret competere in id quod interest *l. ea lege. C. de condict. ob caus.* ad quod factum promittens obligari solet. Sed in *d. l. ea lege.* principio ad dandum contractu erat obligatio, cui annectitur obligatio ad interesse, si res dari nequeat, quemadmodum etiam infra declarabitur. Ordinaria ergo & generalis actio præscriptis (quam ex fontibus tribus promanare posse Accurs. pluribus locis recte collegit, nempe

ex cor-

ex correlatiuis, ex negotio simplici verbis contracto innominato tamen, ex quo equum est actionem dari, & ex pacto coherente) dabitur facienti contra alterum facere cessantem, in id scilicet quod interest implentis se non fecisse. Exempli gratia manumissi seruum, ut tuum manumitteres: differs manumittere, agam in te in id quod interest mea seruum habere quem manumisi, non autem actione de dolo, neque in id quod interest aduersarium non cessare. Cuius quidem rei ratio reddi haud facile potest. Verum enim vero existimarem ipse, mitiorem datam fuisse facienti contra cessantem facere in hoc quarto contractu, quam contra cessantem dare in precedente, quod cessans facere aliquo pacto interdum excusari possit propter implendi difficultatem *l. continuus. §. illud. ff. de verb. obligat.* Certo enim certius est, eum qui est obligatus facere, per se satisfacere teneri: eum vero qui dare tenetur, per alium implere posse *l. si. ff. de condict. institut.* Et licet nemo precise teneatur virtute harum conventionum, tamen facilius eius excusatio est, qui difficilius implet. Itaque cessans facere non dicitur regulariter esse in dolo. Hec in hanc materiam contractuum innominatorum partim communi omnium

calculo, partim nouo sensu confirmata, dicta volui compendiosè.

## DIFFERENTIARVM INTER NOMINATAS ET INNOMINA- tas conuentiones.

### S V M M A R I A.

- 1 *Nominis adiectio plures operatur effectus.*
- 2 *Casus aliquot, quibus licet pœnitere in conuentione nominata.*
- 3 *Innominata conuentio interdum pœnitentiam non admittit.*
- 4 *An contractus innominatus subsistat ante adimplementum?*
- 5 *An perempta specie in contractu innominato danda, liberetur debitor?*
- 6 *Nouo sensu declaratur. l. fin. ff. de condict. ob caus.*
- 7 *Regula nominati contractus pariunt actionem eiusdem nominis, defenditur generalis vltra Doctorum sententias.*
- 8 *An in obligatione dandi l. subroget obligationem ad id quod interest?*
- 9 *An mora irregularis ex adimplemento innominatorum contrahatur?*
- 10 *An condictio ob causam ex nominato contractu detur.*

**D**ifferunt contractus nominati ab innominatis hac primum generali differentia, Quia nominati sunt fortiores, & efficaciores in-

res innominatis, vt ex sequentibus manifestum euadet, causa est, quod nomen inditum conuentioni quoddam signum sit, & nota quædam efficacix, quo nomine si conuentio careat contempta, & ob id imbecillis iudicatur, solent enim specialiter notari, quæ efficaciora sunt *l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs.* Et quod nomine caret, effectum quoque careere dicitur vt in *l. à nullo. Cod. de ferijs. arg. in cap. corepisco. in fin. 68. distinctio.* inde nomen sui hæredis tabulas pupillares confirmat. *l. filius qui se paterna. Digest. de acquirend. heredit.* Subinde nomen creditoris in causa est, cur promissio conditionalis interim transmittatur *l. is cui. ff. de actio. & obligat. §. ex conditionali. Institut. de verbo. obligat. nos plura in consilio 13. secundi tomi.* Adde *l. decernimus. Cod. de episcop. & cleric. l. 1. Cod. de offic. præfect. vrb. l. defensores. in secunda. de defenso. ciuitat. l. ita vulneratus. in principio. Digest. ad l. Aquiliam.* Altera differentia, quod nominati contractus pœnitentiam non admittant *l. sicut ab initio. Cod. de actio. & obligat. l. iniuile. Cod. de rei vendic.* decet enim contrahentes contra factum suum non audiri *l. si quis iusiurandum. Cod. de reb. credit. clement. cum illusio de renuntia.* Admittunt tamen si vterque contrahentium à contractu priore recedat. *l. ab emptione. Cod. de pact. & supra in ea pacti specie, quod vocauimus resolutiuum, & ea, quod refortiuum, potest enim actus per idem vinculum dissolui quo ligatus est *l. nihil**



*tam naturale. ff. de reg. iur. vbi Deci. Deinde pœ-*  
*nitentiæ locus est, in mandato re integra l. si*  
*mandauero. §. fin. l. si mandassem. Digest. mandati.*  
*& d. clementi. cum illusio, idque tam in mandato*  
*procuratorio, quam iuridictionali t. iudicium*  
*soluitur. ff. de iudic. l. ante litem. cum sequentibus.*  
*ff. de procurat. Limitatur etiam in loc. etate l. a-*  
*ctiōe. §. damnum. supr. pro soc. insuper locus est*  
*pœnitentiæ in casu l. 2. Cod. de rescind. venditio.*  
*cap. cum dilecti. cap. cum causa. extra, de emptio.*  
*& venditio. Postremo in contractibus, aduer-*  
*sus quos in integrum restitutionem iura dari*  
*statuerunt l. 1. Cod. aduersus venditionem. toto tra-*  
*ctatu de minorib. item titulo ex quibus caus. maior.*  
 Contractus vero innominati admittunt pœ-  
 nitentiam, vt qui contraxit deinde dicat iure  
 nolo implere l. 3. §. 1. & l. si pecuniam. Digest. de  
 condict. ob caus. Et in hoc ostenditur conuen-  
 tionis innominatę debilitas, quam dixi in pri-  
 ma differentia, quæ tanta est, vt post adimple-  
 mentum possit adimplens pœnitere, possit-  
 que ille rem datam pro voto condicere d. l. 3.  
 & eam ob rem supra diximus dari condictionem  
 datorum ex capite pœnitentiæ. Amplia  
 item, vt in contractu facio vt facias, aut facio  
 vt des, pœnitentia locum habeat, si age con-  
 uenisse nos duntaxat, non teneor facere po-  
 ne item me fecisse, & factum eius generis esse  
 quod repeti possit, licebit profecto mihi à  
 promissis recedere, teste Barto. in l. si pecuniam.  
 numer. 5. Digest. de donat. ob caus. N. si fortasse res  
 inte-

integra esse desierit, quo quidem casu non  
 audietur contraueniens conventioni. Et di-  
 ei rem integram illi non esse, qui aliquid ac-  
 cepit, utpote cui quid datum est, aut factum.  
 Ex parte vero eius qui dedit, aut fecit inte-  
 gram esse rem, alioqui condictio nunquam  
 illi daretur ex pœnitentia. Limita insuper  
 quando res ab vna parte tradenda venalis es-  
 set *l. 1. Cod. de rerum permutatio.* non nihil enim  
 de natura venditionis habet, quemadmo-  
 dum in illam *l. 1.* interpretes testantur. Præ-  
 terea in transactione non licet pœnitere *leg.*  
*quamuis. Cod. de transact.* quam Barto. vocabat  
 innominatum contractum, at nos supra ali-  
 ter docuimus. Adde non licitum esse ab in-  
 nominato contractu resilire, si quidem sti-  
 pulatio insit *l. ex placito. Cod. de rerum permuta-*  
*tione.* hinc fit, ut hodie in precario pœniten-  
 tiæ locus sit præsertim confectis instrumen-  
 tis super conventionem. etenim tabelliones sti-  
 pulationem semper inserunt, si Barto. creda-  
 mus *in l. 2. Cod. de condict. ob caus.* plerumque ta-  
 men permutatio, aut alia innominata con-  
 uentio, non scripto redigitur, nec inserta pro-  
 batur stipulatio, ut *in d. l. ex placito.* Ultimo pœ-  
 nitentiam tollit iusiurandum quod conven-  
 tioni ineffet vulgata glossella *in d. l. si pecuniam.*  
*ad verbum, necesse habet, Digest. de condictio. ob*  
*caus.* quam interpretes communiter sequun-  
 tur, & varijs in locis commendant, ut *Ias.*  
*in dict. leg. si pecuniam. num. 21. Phil. Deci. in cap. 1.*

num. 23. extra, de iudic. Placuit tamen mihi semper opinio communis, quia conuentio iurata nunquam potest dici nuda, aut impræmeditata, minimeque deliberata. Tertia differentia est, quod nominata conuentio, quam primum extat, mox effectum habet, & vtramque obligationem parit naturalem scilicet ex consensu, & civilem ex legis approbatione *l. iurisgentium. ad principium. ff. de pactis*. Intelligas velim nihil interesse, nominetur ab actu conueniendi, an ab actu exequendi. Contractus vero innominatus in rerum natura erit, quia scilicet conuenit inter contrahentes nulla re adhuc secuta, nullum tamen effectum parit, exempli gratia, promitto decem, vt des equum, inde nulla adest obligatio tam est nudus, tam desertus, tamque imperfectus consensus, vt nec naturaliter quidem vllus obligetur. Sed dum alter implet, & dat, recipientem & naturaliter, & ciuilitur obligatum habet. Quæ obligatio oritur ex ea conuentione, rei tamen interuentu vestita, & corroborata, tum animus enim deliberatus fuisse creditur, idcirco lex approbat, & actionem præscriptis verbis tribuit *d. l. ex placito*. Altera obligatio nascitur ex receptione rei ex adimplemento, & ex hac conditio ob causam datur *arg. §. is quoque. qui non debitum. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat.* Non desunt qui putent conuentionem innominatam non extare ante adimplementum, moti quod in mutuo, atque in deposito, id

videa-

videamus extare, scilicet illa non posse, nisi re interueniente, mouentur insuper quod conuentiones illæ innominatæ nomen, scilicet genericum accipiant ab executione, dicitur enim do vt des, facio vt facias, non autem promitto dare vt promittas dare &c. Promissio ergo dandi non est datio, sicut promissio vendendi non est venditio vt tradunt Doct. in d. l. iuris gentium. ad principium. ff. de pact. & Accur. in l. in vendentis. C. de contrah. empt. & vendit. Quibus rationibus facillimum est respondere. Priori vt plurimum interfit inter mutuum, depositum, aliasve nominatas conuentiones, quæ re contrahuntur, *toto tit. quib. mod. re contrah. obligat. quæ profecto non extant ante rei interuentum*, ideo promissio mutuandi non dicitur mutuum, & conuentiones innominatas, quæ non contrahuntur re, sed sola conuentione fiunt. *l. naturalis. in principio ibi, conuenit inter nos, infra, de præscript. verbor.* alioqui nunquam vestiri possent rei interuentu, si ante nati non essent, licet ad effectum producendum necesse sit rem interuenire, & ad implementum, vt supra dixi. Secundam rationem euitabis dicens, conuentiones has, do vt des, habere denominationem quandam ab executione, quæ cum generica sit magis respicit effectum, quam ipsum actum tunc inutilem, idcirco conuentio do vt des, est conuentio, qua quis promittat dare. Quod rursus ostendo, quia si non

præterea adimplementum non constituit debitorem in mora, vno enim & eodem actu non constituitur aliquis & in obligatione, & in mora. *l. quoties. vbi Bar. ff. de verbor. obligat.* Et nos plura in repetitio. *l. si insulam. ff. de verbor. obligat.* At ante implemētum non erat obligatio. *l. ex placito. C. de rerum permutatio.* Alij dixere in contractu nominato speciem dandam fuisse præcise, idē ante moram ea perempta dari non posse, & proinde excusari debitorem propter impossibilitatem. *l. impossibilem. de regul. iur.* At in contractu innominato debitorem non debere præcise dare, subrogari tamen obligationem ad interesse, quod est quantitas quædam & eiusmodi quæ perire non potest. *l. incendium. Cod. si cert. petat.* Sed neque istis assentior, quia licet quantitas deberetur, cum id fuerit ratione speciei, illa tamen specie perempta liberatio inducitur. *l. innoue. ff. loca. Barto. & alij in d. l. quod re. facit quod promittens quem sistere iudicio, tenetur ad id quod interest, verum mortuo antemora eo quem sistere debebat, minime tenetur. l. si fideiussor. ff. qui satisfacere cogantur.* Tertia est dicitur in *d. l. si. debitorum fuisse interpellatum antequam Stichus moreretur, & proinde in mora eum constitutum fuisse, ideoque nullam differentiā statui debere. Sed id ariolari est, ergo &c. l. si. Cod. de contrahend. emptio. & vendit.* Communis Doct. in hac re opinio est, in dict. leg. fin. vti Ias. recenset

censet *num. 12.* per interitum rei debitorem  
 speciei liberari actione præscriptis verbis aut  
 de dolo, qua conueniretur quis ad dandam  
 speciem non tamen librari à condictione ob  
 causam ex capite pœnitentiæ. Declara sic,  
 do scyphum vt des Stichum, Stichus ante  
 moram perit, certe non agam præscriptis  
 verbis in te, vt des Stichum, quia cum non  
 potest præstare nec itidem ad id, quod inter-  
 est mea, quia cum non fueris morosus non est  
 ad interesse subrogata obligatio, nihilomi-  
 nus tamen agam ad repetendum scyphum.  
 Datur enim mihi ex capite pœnitentiæ con-  
 dicio. Dicat fortasse quis ex his sequi effica-  
 ciores esse innominatum contractum ex  
 quo agi potest in casu quo ex contractu no-  
 minato non ageretur. Responderunt inter-  
 pretes id non ex vi conuentionis, sed potius  
 ex debilitate procedere cum adimplens con-  
 tra factum suum venire possit, sed non erit à  
 veritate alienum si quis noue dixerit in e. l. si.  
 nullo pacto agi posse ex conuentione inno-  
 minata, itaque differentiam nullam reperiri,  
 imo perempta specie liberari debitorem a-  
 ctione procedente ex conuentione. Quod si  
 in d. l. fin. de condict. ob caus. ff. agatur re danda  
 perempta, intentatur solum condicio ob  
 causam, quæ haud dubie non nascitur ex  
 contractu innominato, sed ex implemento,  
 & interuentu rei, qui interuentus, quod ad-  
 implementum, dicitur aliud negotium & se-  
 para-

paratum à conuentione innominata, vt supra ostendimus. Adhuc instabit aliquis cur in emptione & venditione, cum solutio pretij scilicet adimplementum sit aliud negotium à contractu, non repetitur pretium ab emptore, aut res tradita à venditore per actionem ex illo secundo negotio? Respondeo in contractu nominato solutionem & adimplementum nullo modo considerari, neque dici posse secundum negotium, quia conuentio sola absque implemento actionem producebat. Secus in innominato, qui ex se ante implementum nullam vim habuit. *Quinta differentia* est vt contractus nominati producant specificam actionem eiusdem generis cum contractu, vt emptio actionem ex empto, & ita reliqui. *l. iuris gentium. supra, de pact.* Sed contractus innominati generales duntaxat actiones pariunt, toto tractatu de præscrip. verb. Cui differentia obesse videntur primum, quod condictio certi generalis, & condictio triticaria, actiones generales à nominatis contractibus orientur. *l. certi condictio. ff. si cert. petat.* Item mutuum, nominata conuentio est, producit tamen conductionem certi generalem aut saltem specialem diuersi nominis. *§. 1. Instit. quib. mod. re contrah. obliga.* Adde stipulationem rei certæ conductionem generalem, aut si maui specialem, sed diuersi nominis, producere. *l. si quis certum. ff. si cert. petat.* Præterea fatentur omnes fideiussionem  
contra-

contractum nominatum esse, quæ nullam  
 producit actionem saltem sui nominis. Pos-  
 tremo transactio strictè sumpta ut in *l. i. ff. de  
 transact.* dicitur conuentio nominata, quæ ta-  
 men nullam actionem parit, nõ erit ergo ve-  
 rum primum huius differentiæ extremũ. Ve-  
 rumtamen quinq; his argumentis rectè satis-  
 fieri posse existimo: priori ut generales quæ-  
 dam actiones prodeant ex nominatis, non ta-  
 men eo quod nominatæ sint, sed quod rem  
 certam aut alias id genus res contineant, ultra  
 quas singuli quiq; nominati suam propriã e-  
 iusdem nominis pariunt actionem, quod nõ  
 fateberis in innominatis. Secundæ obiectioni  
 responde, ex mutuo certi conditionem ori-  
 specialem verbumque, *certi*, capi pro mutuo,  
 quod in rei, pondere, numero, mensurave  
 certificata consistit. Quæ actio nomen con-  
 tractus habet. Tertiam solue dicens, ex stipu-  
 latione, si rem incertam contineat, actionem  
 ex stipulatu dari, eiusdem sane nominis. Sin  
 vero rem certam, dari conditionẽ certi spe-  
 cialem, sed verbum, *certi*, expone pro eo quod  
 est, certe rei: ideo aut eiusdem nominis sunt,  
 quia stipulatio vocatur certa, varia enim si-  
 gnificata habet vox, *certum*, ut in *l. vincam. de  
 sentent. qua pro eo quod interest, dixi.* Quarto  
 fundamento, dicunt aliqui ex fideiussione li-  
 cet nominata sit conuentio, nullam dari a-  
 ctionem cum sit conuentio, iuris ciuilibis nulla  
 lege adiuncta, & ut ducitur fomentata, sic ait

Ias.



Ias. alios secutus in *l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ad finem. supra, de pactis.* Sed illorum bona venia, fideiussio munitur, & fulcitur lege, toto titulo de fideiusso. Accedit his quod datur ex fideiussione actio ex stipulatu. *l. & eleganter. §. seruus pactionis. his verbis, cum sit ex stipulatu in reum actio alia, quæ eiusdem nominis est, cum contractu, cui semper inesse debet stipulatio, & in formam stipulationis interrogationis scilicet præcedentis & responsionis sequentis contrahi debet. l. blanditus. Cod. de fideiusso.* huc pertinent etiam quæ ultra Doct. attulimus in eam disputationem, an donatio contractus esset innominatus. Vltimum argumentum nobis non potest obesse. Quamuis enim dixerimus transactionem esse nominatam conventionem, non tamen obligatiua conuentio est, sed liberatoria. Et licet interdum promissiones contineat illæq; actionem gignant, tendunt tamē omnes ad dissoluendam controuersiam: quare mirari non oportet, si transactio actionem nullam producat. Sexta differentia quando ex contractu nominato res danda est, debitor utique dare præcise tenetur, nec audiendus est, si præstare velit quod alterius interest. *l. vbi autem. §. si. ff. de verbor. obligatio.* Obligatus autem ad dandum ex innominato non ita obstrictus est, vt rem præcise dare teneatur. *l. naturalis. §. & si quidem.* qui licet in contractu de vt des loquatur quo detur præscript.

præscript. verb. actio, nihil tamen puro diuersum esse in contractu facio vt des, vterque enim innominatus est, & vsque adeo debilis vt præcise debitor dare non teneatur. Fateor tamen strictius agi ex contractu facio vt des, quia in eum actio de dolo datur, qui dare cessat, per quam quod interest adimplentis se non fecisse, & aduersarium dedisse vt supra plenius. Septima differentia constitui solet; per quam in nominato vnum pro alio inuito creditore dari non potest. *l. 2. §. mutui. ff. si certum petat.* Sed in conuentione innominata nunquam aliquid peti potest præcise, sed semper ad id quod interest, redigitur condemnatio. *d. §. etsi quidem. & l. 1. ad finem. ff. de rerum permutatione.* Octaua est, quod in contractu nominato ex adimplimento contrahitur mora irregularis. *l. datio. §. si de act. empr.* Sex ex adimplimento contractus innominati cum incipiat obligatio competere, non constituitur alter in mora cui obiici non potest, cur non satisfecerit ante natam obligationem. Nona hæc est differentia quod si ex contractu nominato vnus offerat alteri, ille agere poterit interea in alterum, secus in contractu innominato, in quo oblatio sola non sufficit. *Accurs. in d. l. iurisgentium. per l. Iulianus. §. offerri. Bald. in l. traditionibus. n. 1. C. de pact.* Decima differentia colligetur ex cæteris gloss. partibus, quibus quaeritur, an ex contractu nominato res data condici possit. Et primum, an per  
actio-

actionem rei vendicationis. Qua in re distinguit Accur. an pactum non dederit causam contractui venditionis, quia eram alioqui contracturus, nec pacto sui motus ad contrahendum, & hoc casu non vindicatur res vendita, sed ex contractu actio informata competit, aut ex pacto præscriptis verbis contra non implentem pactum. *l. ea conditione. C. de rescinden. venditio. l. 2. C. de pact. inter emptorem.* An vero pactum contractui causam dederit, quia fortasse alioqui venditor non vendidisset, & hoc quidem casu repetere posset. *l. cum te. C. de pact. inter emptor.* Sed qua via repetam, an rei vendic. an actione ex contractu, an conditione ob causam quæstionis est: Accur. tamen hic & in *d. l. cum te.* putat actione ex contractu venditorem acturum, siquidem pretium solutum est, aut fides habita de pretio, alioqui inquit, rei vendicatione agetur. *§. venditæ. Institut. de rerum diuisio.* sed ille *§.* parum ad hanc rem pertinet. Quod autem dicitur, rei vendicationem non dari soluto pretio, limitabis primum in pacto addictionis in diem exempli gratia vendo tibi domum pretio centum adiecto pacto, vt si maius pretium inuenero domus inempta sit. *l. si quis rem. ff. de rei vendicat. l. 2. & toto tractatu. ff. de in diem addict.* dominium enim absque traditione rediit ad venditorem, notat gloss. in *l. si ager ex emptionis. ff. de rei vendicat.* Limitatur item in pacto. *l. commissoria. quod iure*

receptum est in venditione, licet in pignore minime valeat, finge vendidisse me domum ea lege, vt si pretium infra mensem non accipero, domus inempta sit. Pretio ad diem non perfoluto rediit dominium in me venditorem, quare vendicationem rei intentabo. *l. commissoria. Cod. de pact. inter emptorem.* potest etiam limitari in casu *l. si is qui sub hoc. supra. eadem.* cuius legis admiratione digna videtur, per quam sua vnus autoritate ob emptoris pactionem desertam, & non obseruatam, licet venditori rem accipere. Existimo tamen ita ibi causa conseruandæ pudicitæ ancillarum, & honestæ dominorum affectionis fuisse decisum. Alios quosdam casus, quibus liceat vti auctoritate propria annotauimus *ad §. nihil commune. circa principium.* Postremo res vendicatur, quæ sub modo donata est, si ille modus non impleatur. *l. 1. Cod. de dona. qua sub modo.* Imo vero & in eadem donatione condictio ob causam competeret, licet contractus nominatus sit, saltem hodie, aut verius omni tempore vt supra ostendimus. Marr. tamen inquit Accur. tenuit & in aliis nominatis conditionem interdum dari per *l. ex empto. §. is qui viuum. infra. de actio. empt.* Sed respondet Accur. Ibi condici arras, non autem rem venditam & negotium arrarum aliud esse quam venditionis per *l. contractus. Cod. de fide instrumentorum.* Sed non egebat Accur. hoc cauillo. Potuisset enim

enim cum Vlpia. dicere ibi arras repeti per actionem ex empto, non per condictio. ob causam. Quo in loco mens Accursi. confuse tamen loquentis esse deprehenditur, ut condictio ob causam nunquam locum habeat ex contractu nominato neque tamen inficiatur ille rem venditam repeti plerumque posse, sed id fiet per rei vindictam. quæ etiam contra tertium possessorem intentatur. *l. 1. C. de alien. iud. mutan.* aut per actionem ex contractu descendente ut in *l. sed Celsus. §. si fundus. supra eodem.* & alia iura. supra iam citata. Et nisi vana esset disputatio de nomine actionis, sit ne ex contractu actio, an condictio? complura utrinque fundamenta adducere mus. Interea tamen hanc Accursij sententiam veriorerem puto, ne videlicet refugiamus ad actiones generales nulla urgente necessitate nullaque lege præcipiente: nisi fortasse in donatione per *d. l. 1. de dona. quæ sub modo.* Donanti enim abunde succursum est, ne sua liberalitate inops fiat. Verum enimvero in contractibus innominatis reperitur quidem condictio illa ob causam, quæ ex re alia differentia notari potest. Sciendum enim est, ait Accursius ex innominata conuentione dari duas actiones &c. Cætera quæ ad finem vsque suorum glossematum profequitur Accursius. vera quidem sunt, valde tamen obscura, quæ ut facilius intelligas, relegere quæ supra suo loco tradidimus, in quibus si quid erit

O 2      quod

quod doctis & atticis tuis auribus minus placeat, aut quia redundans, aut inconcinnum, aut saltem minus latinum fuerat verbum. Cogitabis, candide lector, nihil esse tam omnibus suis numeris absolutum, quo perfectius aliquid mente non concipias. Sed interim felicitis prudentisque esse ingenij, non quomodo, sed quid dictum sit, intueri.

(:·)

F I N I S.



COM-



COMMENTA-  
RIORVM DOMINI BE-  
RENGARII FERNANDI IN  
lege, pacta conuenta, Digestis,  
de contrahenda emptione,  
Index locupletif-  
simus.

## A



*Accidentalialia contractus quæ dicantur.* num. 7. fol. 45

*Accessorium etiam dignius non confirmat principale.* n. 8 fol. 84

*Accessorium sæpenuinero eam habet rationem quam principale.* n. 7. fol. 111

*Actio ex contractu priuilegiato non informatur per pactum.* n. 6. fol. 95

*Ampliatur regula hæc quinta quinq; modis.* n. 4. f. 82

*Ampliatur hæc regula modis septem.* n. 4. fol. 87

*An contractus innominatus subsistat ante adimplementum.* nu. 4

*An pactum tertium dictæ l. lecta. sit informatiuum an reformatiuum.* n. 5. fol. 51

# I N D E X

- An in obligatione dandi l. subroget obligationem ad id quod interest.* num. 8
- An vis informatiua in contractu iuris cadat. n. 2. f. 86*
- An condictio ob causam ex innominato contractu detur.* nu. 10
- An mora irregularis ex implemento innominatorum contrahatur.* nu. 9
- An perempta specie in contractu innominato danda, liberetur debitor.* nu. 5

## B

- Breuis predictorum resolutio.* nu. 8. fol. 111

## C

- Casus ad literam, & facti species narrantur. n. 2. f. 66*
- Casus aliquot, quibus licet Pœnitere in conuentione nominata.* nu. 12
- Casus quibus pactum coherens non producat nouam prescriptis verbis actionem.* nu. 1. fol. 129
- Causa vestimentum quodnam fuerit.* nu. 5. fol. 106
- Certi condictio triplex constituta est iure, n. 8. f. 96*
- Coherentia contractus vestitur pactum alioqui nudum.* nu. 1. f. 85
- Coherentia sulcitum pactum veterem actionem format.* nu. 1. f. ibid.
- Coherentia nihil potest regulariter, quando super adminiculis minuendis pactum fit.* n. 6. f. 74
- Coherentia innominati contractus etiam non vestiti non iuuatur pactum nudum.* n. 6. f. 83
- Communis opinio defenditur per quam nihil refert cohereat nec ne pactum contractui.* n. 3. f. 117
- Communis opinio omittenda est interdum.* nu. 6. f. 20.
- Communis intellectus ad §. quod si faciam. noua*



## F.

*in Facio vt facias cur non detur de dolo actio.*

nu. 11. f. ...

*Fideiubens etiam incontinenti iuxta contractum principalem non obligatur pacto nudo.* nu. 7. f. 83

## G.

*Gratia redemptiua vtilior fit per coherentiam.*

nu. 3. fol. 74

## I.

*Informatiuum pactum an dicatur actio, an contractus, an vtrunque.* nu. 3. fol. 48

*Innominata conuentio interdum pœnitentiam non admittit.* nu. 5

*Innominatorum subdiuisio in respectiuos & non respectiuos.* nu. 2. fol. 172

*Iusiurandum nuda conuentioni vim tribuit.*

nu. 11. fol. 142

*Intellectus verus ad §. fideiussor. l. fideiussor. ff. de fideiuss.* nu. 2. fol. 14

*Inter simplicem loquelam, & iuramentum differentia.* nu. 10. fol. 31

*Interuallum, & temporis cursum actibus prodesse.* nu. 3. fo. 82

*Interuentus rei in contractu innominato implent duntaxat prodest.* nu. 9. fol. 97

*Intrinsicca quomodo differant à substantialibus.*

nu. 5. fol. 43

*Iura quibus ex coherentia, & coniunctione actus sunt efficaciores.* nu. 3. fol. 78

Ius sum-

# I N D E X

*Iuramentum & simplex loquela quomodo differant.*  
 nu. 10. fol. 31

*Ius summum summa iniuria.* nu. 11. fol. 33

## L.

*Leges aliquot, quibus coherentia noceat actibus.*  
 nu. 4. fol. 78

*Legis auxilium, an recte vestimentum dicatur.* n. 15.  
 fol. 38

*Lex petens vero sensu declaratur contra neotericos.*  
 nu. 3. fol. 86

*Lex pradia de actione explicatur.* nu. 5. fol. 94

*Lex periculi. ff. de nauti. sceno. explicatur.* num. 7.  
 fol. 135

*Lex Lecta. Digest. si cert. per. declaratur.* num. 4.  
 fol. 49

*Lex Lecta conciliatur cum l. pacta conuenta.* num. 5.  
 fol. 70

*Legis iurisgentium. §. quinimo. Digest. de pactis de-  
 claratur.*

*Lex ubi ita conciliatur cum l. cum pretario. aduersus  
 Doctores.* nu. 9. fol. 59

*L. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dol. mal. ex-  
 primitur.* nu. 8. fol. 138

*ex L. cum manu sata. §. fin. ff. de contrah. empr. qui  
 contractus resulter.* nu. 10. fol. 60

## M.

*Manus regia olim, an competeret ex nudo pacto.*  
 nu. 5. fol. 16

*Mulieris secundum consilium tutius.* fol. 79

*Natura*

# I N D E X

*consideratione defenditur aduersus neotericos.*

n.10 fol.190

*Conciliatur l.lecta cum l.pacta conuenta.* n.5.f.70

*Conciliantur. l. vbi ita. & l. cum precario aduersus*

*-Doctores.*

n.9.f.58

*Condictio ob causam datorum vnde nascitur.*

nu. 6.fo.176

*Confirmatio ex certa scientia dat robur actui.*

nu.12.fo.33

*Contractus accidentalia qua dicantur.* n.7.f.45

*Contractus substantialia noue definiuntur.*

nu.3.f.42

*ex Contractu do vt des , qua actio prodeat.*

nu.5.fo.176

*ex Contractu facio vt des , quenam actio detur.*

nu.9.f.206

*Contractus & distractus differunt.* n.2.f.4

*Contractus do vt facias , quam producat actionem.*

nu.7.fo.205

*Contractuum precipua diuisio in nominatum & in-*  
*nominatum.* nu.1.fo.144

*Contractus fiet mixtus si pactum contractui nomi-*  
*nato iungatur.* nu.6.fo.146

*Constitutum pacto nudo valet , fideiussio vero mini-*  
*me. Et quare.* n.6.f.134

*Curia mercatorum reguntur aequitate, & alie quo-*  
*que prater illas.* n.9.f.141.

## D

*Debitoris ius in creditorem dari , vt prorsus libere-*  
*tur.* n.6.fol.125

*Declaratio l.lecta. supra. si cert. pet.* n.4.fol.49

O

4

Decla-

# I N D E X

- Declaratur §. quinimo. l. iurifgentiū. de pact. n. 2. f. 81*  
*Defenditur antiquorum communis decisio. n. 4. f. 106*  
*Defenditur communis contra Fort. n. 9. fol. 151*  
*Defenditur communis opinio asserens pactum infor-*  
*matium. n. 6. fol. 53*  
*Deformatium pactum non bene à Decio declara-*  
*tum. nu. 12. fol. 62*  
*Deliberatus animus ad efficaciam obligationis neces-*  
*sarius. n. 9. fol. 26*  
*Delictū nominatū, & innominatū reperiri. n. 4. f. 146*  
*Distractus itidem nominati & innominati. n. 3. f. 145*  
*Do ut facias quomodo distinguatur à facio ut des.*  
*nu. 8. fol. 181.*  
*Donare & dare differunt. n. 13. fol. 167*  
*Donatio pacto nudofacta, an actionem producat.*  
*nu. 5. fol. 132.*  
*Donatio, an sit contractus. n. 11. fol. 159*  
*Donatio an sit nominata conuentio. n. 12. fol. 161*  
*Duodecim fundamenta contra communē. n. 3. fol. 101*
- E
- Eadem quinq; casibus limitatur. n. 5. fol. 83*  
*Exēpla, quib. actio vetus informari nequeat. n. 7. f. 96*  
*Exempla, quibus habita relatione pacti ad contractum*  
*resultat innominatus contractus. n. 2. fol. 100.*  
*Exempla alia quibus actio vetus informari nequeat.*  
*nu. 7. fol. 125*  
*Ex contractu do ut des, quæ actio prodeat. n. 5. fol. 176*  
*Ex contractu facio ut des, quæ actio detur? n. 9. f. 182*  
*Ex litera l. tres eliciuntur conclusiones, quarum sin-*  
*gula suo loco. nu. 4. fol. 68*  
*Ex nudo pacto ne vllum quidem remedium iure ca-*  
*nonico dari. n. 8. fol. 19*

# I N D E X

## N.

- Natura duplici specie distribuitur.* nu. 4. fol. 43
- Naturalium extrinsecorum perpulchra exempla.*  
nu. 6. fol. 44
- Nominatus contractus duplex est.* nu. 1. fol. 171
- Non tantum curia mercatorum, sed & alia debent  
equitate regi.* nu. 9. fol. 142
- Nominis adiectio plures operatur effectus.* nu. 1
- Noua pacti definitio.* nu. 6. fol. 6
- Novo sensu declaratur. l. fin. ff. de condict. ob causam.*  
nu. 6
- Nudi pacti quinque exempla.* nu. 8. fol. 7
- Nudum dicitur aliquid sex modis.* nu. 4. fol. 28

## O.

- Obligatio naturalis an nascatur ex nuda promissione.*  
nu. 13 fol. 36
- Omnis obligatio naturalis ex consensu oritur.* nu. 4.  
fol. 15
- in Obligatione dandi an lex subroget obligationem  
ad id quod interest.* nu. 8
- Pacti principia diuisio in nudum, & vestitum.* nu. 3.  
fol. 5
- Pacti nudi sex finitiones aliarum.* nu. 5. fol. 6
- Pacti nudi exempla quinque.* nu. 8. fol. 7
- Pactum nudum actionem non producit.* num. 1.  
fol. 13
- Pactum nudum, an iure canonico actionem pariat.*  
num. 7. fol. 22

Pactum

# I N D E X.

- Pactum non parit actionem: hac regula tredecim limitationes recipit.** n. 4. fol. 132
- Pactum quando ex interuallo, & quando ex incontinenti factum dicatur.** nu. 1. fol. 40
- Pactum super vno ex tribus fieri potest.** nu. 2. fol. 41
- Pactum quoddam informatiuum, quoddam reformatiuum ex antiquis.** nu. 1. fol. 47
- Pactum resolutiuum non capit vim à coherentia.**  
nu. 1. fol. 73.
- Pactum informatiuum ex communi opinione asseritur.** nu. 6. fol. 53
- Pactum deformatiuum à Decio non bene declaratum.** nu. 12. fol. 62
- Pactum legis commissoriae, coherentia in pignoribus vitiatur.** nu. 2. fol. ibid.
- Pactum reformatiuum coherentia non adiuuatur.**  
nu. 4. fol. 74
- Pactum super adminiculis augendis efficacius est per coherentiam.** nu. 1. fol. 76
- Pactum de succedendo per consuetudinem Francia, an approbetur si ex interuallo fiat.** nu. 3. fol. 82
- Pactum coherentia fulcitum veterem actionem format.** nu. 1. fol. 85
- Pactum super essentialibus, an idem possit incontinenti positum, quod ex interuallo, & varia hac in questione opiniones.** nu. 2. fol. 116
- ex Pacto nudo ne quidem iure Canonico vllum remedium datur.** nu. 8. fol. 25
- Per coherentiam pactum alioqui nudum vestitur.**  
nu. 1. fol. 81

Prim.

*Princeps quare pacto nudo ligetur efficaciter.*

nu. 10. fol. 142

*Promissio quo casu est pollicitatio.* nu. 9. fol. 8

*Prodest quadrifariam coherentia pacto detrahatur.*

nu. 7. fol. 75

## Q

*Quatuor adducuntur, ut pactum quod fit ad liberandum actionem pariat.*

nu. 5. fol. 123

*Quis contractus resultet in l. cum manu sata. §. fin. infr. eod.*

nu. 10. fol. 60

*Quomodo distinguitur do ut facias, & facio ut des.*

nu. 8. fol. 77

*Quod permutatio sit contractus innominatus.*

nu. 7. fol. 147

*Quod eadem sit nominatus septem urgentes rationes.*

nu. 8. fol. 118

*Quod respectuum ante adimplementum non obligent naturaliter.*

nu. 4. fol. 74

## R.

*Rationes quibus coherentia virtus ostenditur.*

nu. 2. fol. 77

*Regula, nominati contractus pariunt actionem eiusdem nominis, defenditur generalis ultra Doctorum sententias.*

nu. 7

*Resolutivum pactum quando dicatur, & quibus exemplis.*

nu. 13. fol. 63

*Reformativum pactum quod dicatur.*

nu. 7. fol. 56

*Respectuum, an sint plures quatuor.*

nu. 3. fol. 73

*Ridiculum est actionem personalem ex vna tantum obligatione nasci.*

nu. 3. fol. 14

*Ruta & casa quid significant.*

nu. 3. fol. 68

Servi-

# I N D E X.

## S.

- Seruitutem nominatam & innominatam inueniri.*  
*nu. 5. fol. 146*
- Sex conuentiones iure 12. Tabul. posteriore in-*  
*troducta. nu. 7. fol. 7*
- Sex huius diuisionis membra vltra Doctores. num. 2.*  
*fol. 47*
- Species triplex est, quomodo & genus à Doct. triplex*  
*ponitur. nu. 10. fol. 154*
- Stipulatio in quo à pacto nudo differt. nu. 10. fol. 9*
- Substantialia contractus noue definiuntur. num. 3.*  
*fol. 42*
- Summum ius summa iniuria. nu. 11. fol. 33*
- §. Seruus pactionis. l. & eleganter. de dolo, exprimi-*  
*tur. nu. 8. fol. 138*

## T.

- Termini complures quibus actus inter homines cele-*  
*brandos significamus. nu. 1. fol. 3*
- Transactio ab Vlpiano definita conuentio est nomi-*  
*nata contra Doctores. nu. 3. fol. 145*
- Transformatiuum pactum quando fiat. nu. 8. fol. 58*
- Transformatiuum pactum nihil iuuat coherentia.*  
*nu. 5. fol. 74*
- Tresdecim limitationes regula communis quod pa-*  
*ctum non parit actionem. nu. 4. fol. 31*
- Triplici causa super essentialibus non renouat pri-*  
*imum. nu. 4. fol. 122*

## V.

- Venditor quomodo ad euictionem obligatur. num. 1.*  
*fol. 65*

*Verbum*



- Verbum vestimenti, an pacto recte quadret. num. 11.*  
 fol. 38
- Vestimentorum pacti noua declaratio. nu. 14. fol. 38*
- Vltima derogant prioribus in multiplici negotio. n. 1.*  
 fol. 114
- Vsura nudo pacto promissa petuntur iure ciuili bifa-*  
*riam.* nu. 2. fol. 129
- Utilitas actionis praescript. verb.* nu. 6. fol. 108
- Utilitas coherentia in l. lecta.* nu. 8. fol. 76

F I N I S.



Handwritten text, possibly a title or header, including the word "Bar" and "Barro".

Handwritten text, possibly a date or location, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

Handwritten text, possibly a name or title, including the word "Barro".

212





17











27

BIBLIOTECA  
8